





GUTBERLETH
PATHOLOGIA







VINDICATIO

LIQUOT SPUTATIONUM

NNULLIS SCHEDIAnatibus M. Caspari Finckii, in Scholâ Giessensi Professoris oppositarum,

PER

HENRICUM GUTBERLETH

rsfeldianum, in Illustri Scholâ Nassovicâ Herbornensi Philosophiæ Professorem publicum.



RBORNÆ NASSOVIORUM.

cIↄ Iↄ cX.

LLUSTRIBUS AC
ENEROSIS DOMINIS,
. LUDOVICO HENRICO ET
. ALBERTO, Illustris ac generosissimi
mini, DN. GEORGII, Comitis in Nas-
, Catzenelnbogen, Vianden & Dietz,
mini in Beilstein, Domini mei clemen-
mi filiis, fratribus germanis, illi pro tem-
pore Illustris Scholæ Nassovicæ Her-
bornensis Rectori Magni-
fico:

NEC-NON

CLYTO AC GENEROSO
MINO, DN. JOHANNI-BERN-
RDO, Illustris ac generosi Domini,
. JOHANNIS-THEODORICI Baro-
nis à Kunovicz, Domini in Wostrow,
Kunovicz & Lauca &c. fi-
lio unico:

Salutem & in studiis felicitatem.

SI nulla Respubl. nulla societas, imò nulla domus sine legibus stare potest, ut præclarè quodam in loco dixit Tullius, Illustres ac Generosi Domini, leges au- sine literaturâ ejusque culturâ sunt nul-

læ: cuivis manifestum est, maximè ei, qui
quando ad rerum gubernacula sedere ne
se habebit, literarum & artium cognition
esse pernecessariam. Hoc adeò verum est
si quis in dubium vocare velit, an princ
eruditus esse debeat, Centaurorũ gregi
ritò sit accensendus. Vidit hoc Xenoph
qui in lib. de Cyropæd. sapientissimum e
oportere esse scribit, qui hominem reg
velit, eò quòd omni animali facilius sit
perare quàm homini. Et de Vladislao Bo
miæ rege refert Æneas Sylvius libr. 3. hi
Bohem. quòd dicere solitus sit, non vider
bi hominem nedum principem, qui lit
ignoret. Bovis istam esse vocem, dixit
phonsus Arragoniæ rex, non hominis,
literas in principe improbat. Nimis jam
ret longum, si illorum principum, qui lit
rum studio literatorumque favore nom
immortalitatem sibi conciliaverunt, cat
gum recensere instituerẽm. Habemus h
incomparabile Germaniæ decus Illustr
mum, potentissimum ac literatissim
principem ac dominum, Dn. Mauriti
Hassiæ, patriæ meæ dilectissimæ, Landgr
um, qui quantam nominis laudem ex lit
rum studiis sibi comparaverit, nemo ig
rat. Sunt qui omnem ætatem in hastiludi
venationibus (exercitia sunt hæc suo
dem loco & tempore non improbanda)
sum

nunt, ſed interea dum à literarum ſtudiis
mos omnino avocant, eaq́; faſtidiunt, in-
rii & patriæ parũ utiles ex hac vitâ disce-
nt. Nec ſine causâ factum eſt, quòd poëtæ
lladem ſive Minervam utrique militiæ,
n togatæ tum armatæ præfecerunt, ſiqui-
m probè viderunt, minori cum felicitate
licas res adminiſtrari ubi literæ ignoran-
. Literæ enim expeditiſſima ſunt ad fru-
oſam hiſtoriarum lectionem adjumenta.
ſtoriæ verò ex antegreſſis quid eventu-
m ſit commonſtrant. Eventus cognitio
nſultationes gubernat. Et quid quæſo ar-
prodeſſe poſſunt foris, niſi conſilium ſit
mi? Non minor literarum eſt neceſſitas
utilitas pacis tempore, quo maximè hone-
leges vigere, inq́ue hominum ſocietate
erceri debent. Quî autem honeſtæ leges
nciri exercerive poſſunt, ubi literarum in-
q́ue naſcentis ſapientiæ & prudentiæ eſt
ntemptus? Hisce propterea vos alloquor,
uſtres & generoſi domini, ut in ſtudiorum
ſtrorum curſu, quem feliciter inchoâſtis,
od hactenus facitis, ſtrenuè pergatis. Et-
im Illuſtres & Generoſi veſtri parentes
ptimè intelligunt, cum politicâ gubernati-
e indiſſolubili nexu literarum ſtudia con-
ncta eſſe debere, ut ſperata felicitas inde
m ad gubernatorem, tum ad ſubjectam
ebem redundet. Et quia principis officium

eſt: (principis nomine omnes eos, quos I
us tanquam duces & gubernatores aliis p
fecit, ſive ſint Comites ſive Barones, comp
hendo) non ſolùm politici, ſed etiam Ec
ſiaſtici ſtatus rationem habere, omnino n
ceſſe eſt, ut rerum theologicarum cognit
ne ſit inſtructus, ne, ſi quando controver
de aliquo fidei articulo oboriuntur, ab al
rum judicio ipſum totum pendére oport
Præſtat enim propriis quàm alienis oculis
dere. Tunc autem res theologicas pleniù
accuratiùs percipiet princeps, quum præ
puarum artium philoſophicarum, inpri
verò earum quas effectrices & inſtrúmen
les vocare ſolemus, vt ſunt Grammati
Rhetorica & Dialectica, cognitio interve
rit. Quantam enim remoram in univerſ
rempub. literariam pholoſophici ſtudii n
glectus injiciat, prolixiùs jam dicerem, niſi
piſtolæ ratio id vetaret. Intelligitis quoda
modo cauſas, generoſi domini, quibus p
motus hanc meam ἐνδείκνυσιν pro aſſeren
nonnullis meis disputationibus partim
genæ partim Herbornæ habitis, vobis inſc
bere ac dedicare conſtituerim. Veſter en
amor, quo erga liberalia ſtudia vos flagra
video, hactenus mihi adeò arridet, ut om
no exiſtimem, hoc meum opúſculum part
theologicum partim philoſophicum op
mis ſtudiorum amatoribus eſſe conſec

 tu

m. Accedit veſtrorum ſtudiorũ ratio, quæ
hi quoq;,utpote ad quem totius pædago-
i Illuſtris hujus Scholæ Naſſouicæ cura eſt
voluta, incumbit. Sic enim fore confido,
meo officio rectiùs perfungar, & vos hac
eâ lucubratiunculâ tanquam poppyſmate
quo excitatos ad ſtudiorum tractationem
criores & animoſiores reddam. Accipite
itur hoc munus ab homine veſtri amantiſ-
mo profectum, idq́; non tam ex re ipsâ
iàm ex offerentis animo æſtimate. Deus
pt. Max. fons omnis boni ſtudia veſtra ita
bernet, ut vergant ad nominis ipſius ſan-
ificationem, Eccleſiæ Chriſti ædificatio-
em, & univerſæ Reipublicæ incrementum.
abam ex muſéo meo die 28. Febr. Anni à
hriſto nato 1610.

V. Generoſ.

addictiſſimus

Henricus Gutberleth.

CANDIDO LE-
CTORI S.

Potuissem, amice Lector, hoc, quem bi[...] des, assertionis labore supersedere, si [...] tummodò disputationes illas meas, [...] tra quas superioribus proximis nun[...] emisit responsionem apologeticam M. Casp[...] Finckius, in unum volumen collegissem, collect[...] excudi curâssem. Ex collatione enim istius respon[...] nis cum meis disputationibus quivis facilè videt, [...] candore & quâ fide mecum adversarius egerit. [...] runtamen ne haberet antagonista unde sibi pla[...] posset, hanc quam tibi exhibeo disputationum m[...] rum vindicationem elaborare volui, atq; ita [...] τῶν λυσσώντων ὑλακὴν ἐκδιώκεσθαι, ut cum A[...] peto in schedâ regiâ loquar. Non solùm autem [...] offero vindicationem, sed etiam disputationes ip[...] ut conferre eas cum adversarii responsione, indeq; [...] meâ vindicatione rectiùs & solidiùs judicare po[...] Certè quod animus præsagiit, id mihi contigisse vi[...] Constitueram enim studiosorum nostrorum chor[...] petitione honestissimâ morem gerere, atq; ita o[...] mei partem illi præstare, sed sine aliorum, quos ta[...] nullâ in parte lacessivi, calumniis id facere haud [...] tui. Si genæ à nonnullis studiosis offerebatur mihi l[...] cujusdam M. Caspari Finckii, qui inscribitur Sc[...] diasmata &c. simul petebatur, ut aliquot illor[...] Schediasmatum confutationem instituere, & ad

b

æ disputationis trutinam adducere ne gravarer. d facerem? In bivio constitutus diu hæsi, non quòd sæ diffiderem, nihil enim solidi inesse videbam; sed a deprehendebā, quosdam de republ. literaria bemeritos viros in illis schediasmatibus indignis trari modis, unde facilè quid mihi esset eventurum, jectare potui. Interim dum hæc mecum expendo, itutum urgetur; ego verò ab officio mihi imposito nimè recedendum duxi, ac proinde, quum id mihi datum negotii considerarem, ut quantum in me, eos, qui in nostrâ scholâ studiorum philosophicom gratiâ vivunt, studiosos pro donis à Deo mihi nceßis erudiam, etiam in hoc muneri meo deesse no. Quod igitur adversarius in præfatione ad Lectom dicit, me nullâ neceßitate urgente disputationes lversus schediasmata instituisse, falsum est, siquidem rè necessarium est quicquid officii ratio postulat. uòd porrò dicit, me Professorem jactitare, sciat, me isto & legitimo modo ad eum in quo sum locum venisse, nō muneribus, aliísve solicitationibus, qua de re, opus fuerit, amplißimus hujus Illustris scholæ Herornensis Senatus testari potest. Præterea mihi objiit, me nihil quod non è pharetra Piscatoris (hæc int verba ejus) depromptum sit attulisse. Sed prot homo suam temeritatem, dum mihi vitio vertit ujus me nullo modo pudet, nempe ex doctorum virorum scriptis aliquid addiscere, inq; meum usum convertere. Non enim diffiteor, me ex Dn. Piscatoris & liorum clarißimorum Theologorum lucubrationibus juvari, deinde dum turpiter illius vulgatißimi

versus obliviscitur: Turpe est doctori quum culpa [...] arguit ipsum. Nec enim bonus ille vir videt man[...] quod in tergo est. Evolvantur ejus schediasmata [...] de persona Christi & de re Sacramentariâ agi[...] præter Hunniana placita nihil sese offert, adeò u[...] pè miratus sim, hominem in allegationibus tam [...] tum, tam raram facere D. Hunnij mentionem, à [...] tamen omnia fundamenta (nugamenta dicere vo[...] mutuatus est. Hisce non contentus, ruditatis & in[...] tiæ me arguit, qui neq; Theologiæ neq; Philosop[...] principia intelligam, qui ab utriusq; perfectione t[...] tum absim, ut fundamenta quæ cogitem nondum [...] cerim. Sanè non sum nescius, me à perfectione long[...] simè abesse, ideoq; eam mihi nunquam arrogavi, [...] certè debui; nec me pudet, etiam quum alterum [...] dem in sepulchro habuero, aliquid addiscere; inter[...] hoc mihi verè tribuere possum, si ad adversarii stu[...] mea comparem, me à perfectione propius abesse. E[...] nim veritatis defensionem non in verborum conte[...] tionumq; strepitu, aut in falsis testimoniis novisq; [...] inauditis ac commentitiis axiomatibus, sed in rati[...] nibus firmis, genuino S. Scripturæ sensu, atq; adeò [...] simplici pietate & piâ simplicitate fundatam habe[...] Eò quoq; vicinior sum perfectioni, quòd bonoru[...] virorum existimationem nullâ maledicentiâ arrod[...] meorumq; præceptorum, quibus me plus quàm pare[...] tibus debere fateor, honestam famam salvam & il[...] batam relinquo. Omnem enim pudorem exuisse d[...] cendus est, qui præceptoribus obtrectare non erubesc[...] Ἀποστασίας etiam me adversarius insimulat, quò[...]

ante

...hac rectè senserim, & in suorum hominum or-
...doxam fidei confeßionem (sic ille vocat) com-
...miserim. At verò ubi hoc factum est? Marpur-
...quum primùm ex patriâ scholâ anno Christi
... studiorum gratiâ venirem, fateor me Ubiqui-
...s tunc doctrinam amplecti, sed hominum autori-
... fascinatum. Postea verò, quum jam diu in con-
...ibus & theologicis disputationibus ad catadupa
...thematismorum, quibus Calviniani (quos sic vo-
...ant) obruebantur, sedissem, ipse inspicere Calvini-
...rum libros volui, ut errores tantos, quorum accu-
...antur, magis mirarer; sed tantum abfuit ut erro-
... illos deprehenderim, ut, factâ collatione ad S. Scri-
...ræ testimonia, per Dei gratiam interno Spiritus
...estimonio de veritate convictus, à grege Ubiquita-
...rum secedere coactus fuerim. Vidi enim illic sim-
...cis veritatis confeßionem; in scriptis verò Ubi-
...itariorum (totus eram in scriptis Hunnianis) va-
...m & miseram S. Scripturæ dictorum contortio-
...m ac depravationem. De compromißione in senten-
...m Ubiquitariorum nihil memini; figmentum est.
...ldit quoq; adversarius, se nolle quicquam adversus
...e meditari, ne scilicet bonas horas perderet in refu-
...tione illius, qui à reconditis scientiarum thesauris
...ngißimè sit remotus &c. Ea propter nonnullis ar-
...um Magistris sese eam operam dedisse &c. Quæ ver-
... ampullosa & sesquipedalia sunt, inanis fastus &
...anæ superbiæ plenißima. Sed rogo lectorem, ut illa
...bediasmata, quibus meæ sunt opposita disputatio-
...es, inspiciat, & cum disputationibus ipsis, quas in

hunc libellum comportavi, conferat, sinceroq; an judicet, profectò videbit, quid dederit tanto dig promissor hiatu. Denique dicuntur prohibiti Ma gistri (qui vocantur) ne antagonistæ ingenium i tarentur, sed ut modestè agerent & sine convi At verò in meis disputationibus, quæ ad oculum parent, nihil tale quod immodestiã aliquam præs rat videre est. Singulari enim studio ab adversarii genio alienus esse volui, siquidem veritatem conv defendi nõ posse, compertum habeo. Deinde magis non fuisse dicto præceptoris audientes, sed refra rios sese declarasse, opus ipsum ostendit. Nulla e fermè pagina est in adversarii responsione, quæ lumniis & conviciis non sit conspurcata. Nec ego miratus sum, quum sciam Vbiquitariorum inge à teneris ad conviciandum assuefieri. Hæc sunt p cipua illa, Lector benevole, quæ ad Præfationem versarii breviter respondere volui. Plena est fast nihilq; præter altum supercilium prodit. Evomit λ δορίας, quas tamen ego omnes floccifacio. Quid en inde commoverer? quum satis constet, omnibus ist farinæ hominibus idem esse ingenium, eandem n turam, ut, quum solidis responsionibus destituunt ad calumnias, quibus imperitæ suæ plebeculæ fuc faciunt, nostrorumq; nomina (re interim prorsus i cognitâ) ei odiosa reddunt, defugiant. Mihi suf cit illud Philemonis Comici Syracusani:

ἥδιον ὐδὲν, ὐδὲ μυσικώτερον
ἔς' ἢ δύναϑαι λοιδορύμενον φέρειν.

ὁ λοι

λοιδορῶν γὰρ, ἂν ὁ λοιδορούμενος μὴ προσποιῆται, λοιδορεῖθ' ὁ λοιδορῶν.

Vale. Perscriptum Herbornæ die 28. Februar. 1610.

Henricus Gutberleth.



AD AUTOREM COMPATREM MEUM HONORANDUM.

Ne nihili facias diri convicia momi,
Nam satis est solis complacuisse probis.
Tempore major eris, tibi si contingit utrumq;,
Displicuisse malis, & placuisse bonis.

Christianus Baumius.

Disputatio Prima,

Qua Ventilantur

A STROPHIS CUJUSDAM PHIlosophiæ Professoris vindicantur quęstiones hæ duæ:

An fides pertineat ad essentiam Sacramenti.

An baptismus nullo prorsus modo signum votari possit.

Respondit PHILIPPUS ATHLETA Herbornensis.

Quæstio I.

An fides pertineat ad essentiam Sacramenti? Affirm.

Schediasmatum quidam Scriptor parte 1. Schediasmate 19. hanc quæstionem sic proponit, & negativam ejus partem adstruere conatur: quàm rectè & verè, placet hac vice altiùs expendere.

2 Affirmativam nos probamus ex Sacramentorum officio, quod in definitione eorum exprimitur. Si enim Sacramenta sint signa ac sigilla gratiæ Dei in Christo; gratia autem hæc Dei obsignata non nisi ad eos, qui verâ fide Christum cum omnibus suis beneficiis amplectuntur & sibi applicant, pertinet: utique necessariò sequitur, ex-

terna illa ſymbola, quæ in ſacris illis cere-
niis oculis conſpiciuntur, non niſi iis Sa-
menta eſſe poſſe, qui vera fide in Chriſ-
ſunt præditi. Quî enim promiſſio gratiæ
in Chriſto obſignari poteſt iis, ad quos n-
pertinet, quales ſunt increduli?

3 Sed videamus diſputatoris fundam-
ta, quibus probare vult, fidem ad eſſent-
Sacramenti non pertinere, hoc eſt, fid-
non eſſe neceſſariam ei, qui externa ſym-
la tanquam Sacramenta promiſſionis gra-
accipere vult. Primum eſt hoc:

Quod poteſt abeſſe à re, non eſt eſſentiale re-
Fides poteſt abeſſe à Sacramento.
Ergo fides non eſt eſſentialis Sacramento.

4 Propoſitionem ſine neceſſitate mu-
teſtimoniis probat. Aſſumptionem con-
mat primò teſtimonio Auguſtini, deinde a-
ſurdâ conſequentiâ, quam ex contrariâ ſe-
tentiâ deduci poſſe ait.

5 Reſp. Auguſtini teſtimonium rel-
quimus in ſuo loco, quia non poteſt nec-
bet eſſe κριτήριον in fidei articulo. Quod ve-
ad abſurdam conſequentiam attinet,
concludere vult diſputator:

Si ſine fide nullum Sacramentum accipitur,
quitur, hypocritam baptizatum, ubi reſipue-
rebaptizandum eſſe.
Atqui hoc eſt abſurdum. Ergo & illud.

6 Reſp. Negamus connexum propo-
tion-

is. Hypocritæ enim baptizato, quamdiu
ocrita eſt, externus ille baptiſmus mini-
Sacramentum interioris baptiſmi, videl.
tionis peccatorum per ſanguinem &
itum Chriſti, eſſe poteſt. Impoſſibile e-
eſt, ut qui ſine fide eſt, in fide confirme-
Interim tamen cùm hypocrita abjectâ
ocriſi reſipiſcit, & Spiritus ſancti illumi-
ione verè credit, tum demum Sacramen-
olim exhibitum ipſi incipit eſſe Sacra-
ntum, hoc eſt, teſtimonium juſtificatio-
& regenerationis. Sacramenta enim vim
fficaciam habent non ex ſe, ſed ex inſtitu-
& promiſſione Dei; ideoq; tum demum
ramenta eſſe incipiunt, cùm homo per
i gratiam interiùs in animo ſuo ea bene-
a, quæ ipſi vel olim, licet tum non creden-
dumbrata fuerunt, agnoſcit & apprehen-
. Quocirca ſi recordatus fuerit hypocri-
ſe olim baptiſmum juxta inſtitutionem
riſti accepiſſe, licet tum ipſi non fuerit
cramentum: tamen nullo modo dubita-
, quin jam ipſi ſit verum Sacramentum,
pore qui credat. Vanus igitur eſt metus, ne
ptiſmi iteratione opus ſit. Simon magus
ſt acceptum baptiſmum, ſi reſipuiſſet, &
rè in Chriſtum credidiſſet; non fuiſſet re-
ptizandus, ſed Baptiſmus antea acceptus
memoriam revocandus, indeque conſo-
tio illi petenda fuiſſet.

7 Alterum fundamentum disputat[illegible] comprehenditur hoc syllogismo:

Omnis essentia est in materia & forma.
Fides nec in materia, nec in forma Sacram[illegible] est.
Fides igitur non est essentia Sacramenti.

8 Resp. 1. Est fallacia ἑτεροζητήσεως. N[illegible] enim quæritur quod in conclusione est, [illegible] an fides pertineat ad essentiam Sacramen[illegible] hoc est, an summa de necessitate fides requ[illegible]ratur, ut aliquid alicui Sacramentum sit. H[illegible] qui negat, næ is Sacramentorum natura[illegible] ignorat. Non autem hoc ita accipiendu[illegible] est, quasi fides ingrediatur essentiam ejus r[illegible] quæ sacramentum vocatur. hoc enim n[illegible]mis absurdum foret; Sed ideo ad esse[illegible]tiam Sacramenti pertinere, rectè statuitu[illegible] quia homini nulla fide prædito nihil ob[illegible]signat, ideoque sacramenti rationem apu[illegible] illum non habet. Est enim Sacramentum [illegible] τῶν πρός τι: quorum forma est in ordinatio[illegible] relati ad correlatum, quæ non nisi intell[illegible]genti talis est. Qui limitem videt (liceat i[illegible] parvis componere magna) ignorat autem v[illegible] non credit, limitem esse, is nihil videt præt[illegible] lapidem; alii verò qui intelligit & credit, re[illegible] vera est limes: sic fidelibus in sacra Cœna pa[illegible]nis est sacramentum corporis Christi; incre[illegible]dulis verò nihil nisi panis.

9 Tertium fundamentum disputato[illegible] adfert hoc:

fides esset forma aut essentia Sacramenti, Sacramentum constaret duplici formâ.
t non hoc. Ergo nec illud.

10 Resp. Concedimus totum Syllogismum. Non enim impugnat nostram sententiam. Nec opus fuisset tam anxiâ probane propositionis, quia nos fidem Sacramenti essentiam seu formam (videlicet inram) non facimus, sed formæ partem, ut præcedentibus liquet, sed necessarium requisitum ei, qui symbolum externum quam Sacramentum accipere vult. Dele quòd dicit disputator, externos ritus Sacramentorum formas, falsum est, cùm materiam pertineant. Vera enim Sacramenti forma consistit in divina ordinatione ni ad rem signatam, quæ divina ordinatio sat in eo, qui sine fide accedit.

11 Quartum fundamentum à disputatoprofertur hoc:

Quicquid pertinet ad rei essentiam, pertinet etiam ad definitionem ejus.
ides non pertinet ad definitionem Sacramenti.
rgo fides non pertinet ad essentiam Sacramenti.

12 Respondemus ad assumptionem, quæ sa est. Nam cùm Sacramenta sint ἐκ τῶν ὅς τι: omnis autem relatio definiatur subje- o, relato, correlato, fundamento, & termi- o, qui est veluti finis: manifestum est, fidem, opter quam confirmandam Sacramenta

ſunt inſtituta, ad definitionem Sacrame[nta] pertinere: Profectò ſi ſuſtuleris fidem, Sac[ra]menta ipſa tolles. Et ἀδυνάτον eſt, ut Th[eo]logus aliquis Sacramenta ſine fidei ment[io]ne, ſive explicita, ſive implicita, definiat, [n]ec vanam & ineptam definitionem tradere v[e]lit. Omnia enim Sacramenta ad Chriſt[um] nos deducunt; Chriſtus autem ſine fide [ad] conſequendum Dei fauorem nihil prod[eſt]. Quis hinc non videt, Sacramenta ſine fi[de] non poſſe eſſe Sacramenta: cùm Chriſtus [ſi]ne fide nemini ſit Jeſus?

13 Quintum fundamentum disputat[o]ris eſt:

Quicquid pertinet ad finem ſeu uſum rei, non p[er]tinet ad ejusdem eſſentiam.

Atqui fides pertinet ad finem & ſalutarem uſ[um] Sacramenti.

Ergo fides non pertinet ad eſſentiam Sacramenti.

14 Propoſitio vera eſt de ſubſtantiis, q[uæ] cùm definiuntur, ex genere & forma defin[i]untur, ideoque tota illarum eſſentia in gen[e]re & forma conſiſtit, non in fine. Sed alia [eſt] ratio in accidentibus, & quidem maximè i[n] relationibus, in quibus Syllogiſmi propoſ[i]tio non procedit, ut dictum eſt theſi 12. Ne[mo] enim non novit, relatorum eſſe, τὸ εἶνα[ι] nihil eſſe aliud, quàm ad aliud referri; ut illo[rum] eſſentia tota ſit merè σχετική, hoc eſt, re[ſ]pectiva. Eſt autem talis relatio, vel κατὰ φύσιν

vel κ[...]

κατ' θέσιν. Illa à naturâ eſt, hæc à liberâ vo-
tate & inſtituto, eoque vel humano, vel
ino. Ad divinum hoc inſtitutum inter a-
referuntur quoque Sacramenta. Jam verò
ndoquidem cum philoſopho nobis eſt
gotium, conſideretur, ad naturam relati-
is tum conſtituendam, tum cognoſcen-
n, philoſophos tradere quinque αἰτήματα,
quam eſſentiales conditiones, nempe
jectum, fundamentum, terminum, rela-
n & correlatum. Eſt igitur terminus eſ-
tialis conditio relationis, nimirum finis,
quem relatio tendit, & in quem deſinit;
finis, propter quem relatio in ſubjectum
introducta, quo ſublato, ipſa relatio perit.
uocirca conſtat, finem Sacramentorum
e Sacramentis eſſentialem, videlicet ob-
nationem promiſſionis gratiæ: quæ nihil
aliud quàm confirmatio fidei in Chriſti
embris. Unde conſtanter concludimus,
m, qui ſine fide eſt, non accipere Sacra-
entum, ſed rem externam & terrenam,
nquam ſimplicem & nudam ſubſtantiam
ne relatione.

15 Sextum fundamentum disputatoris
oc eſt:

Fides Dei non poteſt irrita fieri per incredulitatem hominum.

Sacramenta ſunt fides Dei.

Ergo Sacramenta non poſſunt irrita fieri per incredulitatem hominum.

16 Respondemus dupliciter; primùm
assumptionem, in qua Sacramenta dicun
fides Dei minùs commodè & improp
Non enim sunt ipsa Dei fides, sed testimo
de certitudine promissionis gratiæ, hoc
de fide Dei erga credentes. Sed de assump
one contendere plurib. nolumus, cùm Syll
gismus non impugnet nostrã thesin. Conc
dimus enim, Sacramenta propter infideliu
incredulitatem non fieri irrita, utpote quę
infideles non pertinent, sed duntaxat ad
deles, siquidem ad hos solos pertinet prom
sio gratiæ, ideoq; etiam ejusdem obsignati
Sacramenta igitur semper manent rata, qu
soli populo Dei, non verò impiis sunt inst
tuta.

17 Ex hisce omnibus satis clarè & pe
spicuè intelligimus, quomodo fides pertin
at ad essentiam Sacramenti, non quòd fid
sit in externo signo, sed quia ei qui fide no
est præditus, externa symbola nihil obsi
gnant; is verò qui credit, suâ fide ad rem Sa
cramenti ascendit, eamque quasi præsente
in symbolis intuetur, atque ita sacramenta
lem unionem signi & rei signatæ, quæ no
est physica, non hypostatica, non substanti
alis, sed σχετικὴ, hoc est, relativa, vera fide i
mente sua facit. Fide igitur absente σχέσις nul-
la est, ac proinde nec sacramentum.

Quæ.

QUÆSTIO II.

An Baptiſmus nullo prorſus modo ſignum vocari poßit?

1 Idem disputator parte 1. Sched. 16. n dubitat ἀποτόμως negare, Baptiſmum eſ- ignum & typum ablutionis & remiſſionis ccatorum, quod quamvis in disputatione ntra Schediaſma decimumquintum refu- vimus, non tamen piget hîc aliquid paucis petere; & oſtendere, vanum eſſe quod di- : disputator, Sacramenta poſſe quidem ſi- na appellari, ſed non σημαντικὰ, σχετικὰ, τυ- κὰ καὶ σχηματικὰ, verùm μεταδοτικὰ, παρεκτι- , προσφερόμενα. At verò, mi lector, depoſitâ nni præconceptâ opinione, ſincero animo dica, quæſo, quid hoc ſit dicere; ſignum eſ- , nec tamen σημαντικὸν eſſe; σιδηρόξυλον ſcili- t. Sed videamus disputatoris fundamen- m, quod hoc ſyllogiſmo continetur.

Quod non habet typum, figuram, umbram, neç rerum futurarum ſymbolum, ſed ipſam imaginem & ipſum corpus, id non poteſt dici ſignum σημαντικὸν, σχετικὸν, τυπικὸν, καὶ σχηματικόν.

Sacramenta Novi Teſtamenti non habent typos, figuras, umbras, rerumq́ futurarum ſymbola, ſed ipſam imaginem & ipſum corpus.

Ergo Sacramenta Novi Teſtamenti non ſunt ſigna σημαντικὰ &c.

2 Aſſumptionem probat duobus ſacræ

ſcripturæ teſtimoniis, quorum primum
Hebr.10.℣.1. ubi hæc ſunt verba: *Lex umbr*
obtinens futurorum bonorum, non expreſſam f
mam rerum, iis hoſtiis, quas ſingulis annis easd
offerunt, nunquam poteſt in perpetuum acceden
ſanctificare. Alterum eſt Coloſſenſ.2. verſ.1
ubi dicitur: *Quæ ſunt umbra futurarum rerum,*
corpus eſt Chriſti.

3 Reſp. οὔτε γῆς οὔτε οὐρανοῦ ἅπτεται. In d
ctis enim locis non agitur de diſcrimine in
ter Sacramenta utriusque Teſtamenti, ſe
de diſcrimine inter ſacrificia legalia Veter
Teſtamenti, & inter verum ſacrificium, quo
Chriſtus in cruce peregit. Illa comparantu
umbræ; hoc verò imagini & ipſi corpori. In
terim certum eſt, utriusque Teſtamenti Sa
cramenta verè eſſe σημαντικὰ, δεικτικὰ, τυπικ
καὶ σχηματικά. Nimirum Chriſtum ſignifican
aut exhibendum, ut in Veteri Teſtamento
aut exhibitum, ut in novo. Committitur er
go hîc à diſputatore elenchus falſi teſtimo-
nii. Quòd autem Sacramenta etiam appellar
poſſint ſigna μεταδοτικὰ, παρεκτικὰ, καὶ προσφε-
ρόμενα, concedere poſſumus, ſi id intelligatur
de obſignatione & confirmatione promiſſi-
onis gratiæ: ſi verò accipiatur de donatione
rei ſignatæ per opus (ut loquuntur) opera-
tum, nullo modo admittere poſſumus.

4 Hinc videre eſt, baptiſmum omnino
ſignum appellandum eſſe, & quidem non

μετα-

…δοτικὸν ratione operis operati, sed σημαν-
…ν atque σφραγιστικὸν ablutionis peccato-
…. Malè enim & contra sacram scriptu-
… agit, qui quod est solius Dei, creaturæ
…uit.

DISPUTATIO SECUNDA:

…N QUA EXCUTIUNTUR DUÆ HÆ QUÆSTIONES.

… *An aliquid roboris habeat argumentum hoc: Logica res à Theologo accipit ita, ut si in Theologia sunt consentaneæ, Logica eas non faciat dissentaneas?* Affirm.

… *An definitio Cœnæ Dominicæ, quam tradit Lutherus in Catechismo minore:* Das Sacrament des altars ist der waare leib vnd blut/ ꝛc. *sit Logica?* Neg.

…espondit WILHELMUS-SEBASTIANUS EGELSEE, Tillenb. Nass.

QUÆSTIO I.

…aliquid roboris habeat argumentum hoc: Logica …es à Theologo accipit ita, ut si in Theologia sunt consentaneæ, Logica eas non faciat dissentaneas? Affirm.

EST, qui in Schediasmatibus parte 1. Sched. 36. negat, fretus hac ratione: *…onsentaneum propriè illud est, quod habet naturalem quandam unitatem atq; amicitiam.*

*Cum dico: Christus est Deus & Homo, non est na-
turalis unitas & amicitia.*

*Ergo cùm dico; Christus est Deus & Homo, n
sunt consentanea.*

2 Assumptionem, licet manifestæ sit v
ritatis, tamen citra necessitatem probat, qu
Theologia hîc agnoscit magnum myste
um pietatis &c. Respondemus verò nos
propositionem, quæ universaliter accep
non est vera. Non enim quicquid est co
sentaneum, id naturalem habet unitatem
quum ea quoq; sint consentanea, in quib
unitas est hyperphysica & μυστηριώδης.

3 Nec enim à Logicis consentaneum a
gumentum definitur, quod cum re quam a
guit, ex naturæ ordine consentit, quam r
strictionem de suo addit disputator, sed sim
pliciter, quod consentit cum re quam argu
it, sive illa consensio sit physica, sive hype
physica. Malè igitur facit, qui Logicam dun
taxat Philosophiæ instrumentum, non ver
Theologiæ esse docet. Et si consensio null
esse potest, nisi ex naturæ ordine, dicat mih
disputator, quæ argumenta sint disposit
in hisce axiomatibus; Baculus Mosis muta
tus est in serpentem: Ferrum natavit in a
qua; Aqua facta est vinum? certè consenta
nea esse indicat affirmatio in simplicibus a
xiomatibus.

4 In eo igitur disputator fallit, cùm di-
cit, Lo-

Logicam à Theologia accipere, Deum
nifestatum in carne, non esse rem con-
taneam, propterea, quia est mirabilis &
gularis. Quasi verò hęc duo simul stare nō
sint; consentaneum esse & mirabile esse.
Videamus hoc in exemplo, de quo dis-
atur hodie: Verbum caro factum est: seu,
c homo est Deus. Licet sit mirabile myste-
m, propterea tamen non tollitur consen-
, nec propterea ad inusitatam propositi-
nem est delabendum, id quod sensus, quem
omnibus Logicus spectare solet, manife-
i indicat. Quomodo Verbum illud caro
tum est? Respondet Epistola ad Heb. 2. ℣.
assumendo semen Abrahæ. Sensus igitur
: Sermo ille assumsit carnem nostram,
mpe in utero virginis Mariæ, operatione
iritus S. Quis hîc non videt regularem
ædicationem effecti de causa, nimirum,
sumptio carnis ut effectum prædicatur de
lio Dei, ut efficiente causa. Consensio igi-
r est, licet non in re naturali, tamen in re
pernaturali.
6 Scio quid hîc regeri soleat: Nimirum
m de Christo dicitur, Deus est homo, dis-
ratum affirmativè prædicatur de dispara-
, quod est ἄχρηστον, ideoq; & ipsa prædicatio
χρηστος est. Resp. falsum esse, quod quidā di-
ūt, in illo axiomate disparata disponi, cùm
se sensus manifestè reclamet, qui est: Filius

Dei, nempe ſecunda perſona divinæ eſſe[n]tiæ, eſt homo, prædicatur effectum de cau[ſa], ut dictum eſt theſi præcedente. Si ſermo [eſ]ſet de duabus diſtinctis ὑποςάσεσιν, hoc e[ſt] perſonis, verè disparata eſſent, quæ de ſe i[n]vicem affirmativè enunciari non poſſe[nt]. Jam verò perſona eſt una, de qua propriè [&] regulariter prædicatur, quòd ſit Deus & h[o]mo, nempe propter duarum naturarum, d[i]vinæ & humanæ, perſonalem unionem.

7 Sanè non imus inficias, in Chriſto e[ſſe] ſpecies disparatas, naturam divinam & natu[ram] humanam, ſed hæ naturæ de ſe invice[m] non prædicantur. Nec enim Deitas eſt hu[manitas], nec humanitas eſt Deitas, quia ſem[per] manent diſtinctæ, etiam in perſonali u[nione]. Interim cùm conſtituant unam per[ſonam], non verò duas diſtinctas perſona[s], rectè dicimus, in illa unâ perſonâ Deum & hominem non eſſe disparata, licet Deitas & humanitas ſint disparata.

8 Nullius igitur momenti eſt, quod dis[-]putator monet his verbis: *Cave*, inquit, *hîc uſurpes axioma illud: Quæ in una perſona tanquam i[n] ſubjecto concurrunt, ea non disparantur; eſſe enim hoc verum de conſenſione naturali, non de unione tali, cujus exemplum univerſa ſtupet natura &c.* Nam toto cœlo errat, qui putat Deum & hominem enunciari de Chriſto, tanquam adjuncta de ſubjecto; errat pari modo, qui dicit,

t,duas distinctas naturas in Christo esse
quam adjuncta in subjecto, cùm sint par-
constituentes totum ὑφιστάμενον.
Cùm igitur ex his, quæ dicta sunt, sa-
manifestum sit, Logicam consensionem
n solùm esse in rebus Physicis, verùm eti-
in hyperphysicis, sequitur inde, rectè di-
m esse à Philosopho, Logicam res à The-
go accipere, ita ut si in Theologia sint
nsentaneæ, Logica eas non faciat dissen-
eas. Et sanè nisi hoc ita esset, Logica non
t Theologiæ famula; vel dicendum esset,
eologiam à Logica corrigi; vel denique
e duplicem veritatem, alteram Logicam,
eram Theologicam; quæ omnia sunt ab-
da, & à Christianis scholis longè arcenda.

QUÆSTIO II.

definitio Cœnæ Dominicæ, quam tradit Lutherus in Catechismo minore: Das Sacrament des altars ist der waare leib vnd blut/ ꝛc. *sit Logica?* Neg.

1 Quidam disputator in Schediasmati-
s parte 1. Sched. 23. ex professo propositam
æstionem affirmat. Placuit igitur nobis
us rationes hac disputatione ponderare.

2 Syllogismus disputatoris, quo quæsti-
nem affirmativè concludit, hic est:

Definitio quæ consit ex notioribus; ex qua τὸ τί ἐστιν innotescit; quæ est γνωρισμὸς τῆς οὐσίας; quæ rem

non solùm explicat, verùm etiam suis certis propriis finibus terminat, est legitima & logica

Definitio Lutheri, quâ definit Sacramentum alt ris in Catechismo minore, est talis.

Ergo definitio Lutheri, quâ definit Sacramentu altaris, est legitima & logica.

3 Ut æquus lector rem meliùs intelliga ex minore Catechismo D. Lutheri appon mus ipsa Lutheri verba, quæ sunt: *Sacramen tum altaris est verum corpus & verus sanguis D mini nostri Jesu Christi sub pane & vino, ab ip Christo ideo institutum, ut Christiani id manduca rent, & biberent.*

4 Nihil hîc dicemus de inepta appellati one Cœnæ Dominicæ, quâ Sacramentun altaris nominatur, quasi sacrificium aliquo ibi peragatur, ut in Missa Pontificia, ex qu appellatio hæc nata est, fingitur. Sed rectâ a definitionem ipsam accedemus, quam se cundùm Logica præcepta examinabimus, u utrum Logica sit, an verò ἄλογ☉, exploremus & cognoscamus.

5 Propositi Syllogismi assumptionem disputator inde probat, quia in definitione sunt conceptus convenientiæ & differentiæ, cujusmodi sunt corpus & sanguis, itemque manducatio & bibitio &c. Vult igitur disputator, corpus & sanguinem Christi, vel potiùs ut in sequentibus sese declarat, manducationem corporis & bibitionem sanguinis

Christi

sti esse conceptum convenientiæ, hoc
enus Cœnæ Dominicæ.

Respondemus cum Keckermanno,
n adducit disputator, corpus Christi mi-
è logicum genus dici posse S. Cœnæ, ut
sanguinem ejusdem. Sunt enim diverso-
prædicamentorum. Corpus Christi in
tantia est, Sacra Cœna verò in relatione,
est Sacramentum, quo ad Christi mor-
, quam pro nobis sustinuit, ducimur. Ge-
autem & species ejusdem debent esse
goriæ, quod scitè monet Dn. Melan-
ion, ubi de usu prædicamentorum agit,
d ille in definitionibus rectè tradendis
nsignis, libr. 1. Dial. Quis igitur hanc defi-
onem ut logicam accipiat, cùm contra
ceptum Logicum non rectè sit constitu-
Definitio enim debet explicare, quid res
quod ut præstare possit, debet constare
sis essentialibus, quales genere & formâ
nprehenduntur. P. Ramus lib. 1. Dial. cap.
At in hac definitione neq; verum genus,
que vera forma ponitur. Logica igitur &
itima nullo modo dici potest.

7 Sed nunc, quid disputator ad hoc Dn.
ckermanni ἀντίπιστον respondeat, ordine
eamus. Syllogismus autem ex mente
ckermanni hic est:

*efinitio, quæ non constat vero genere, non est lo-
gica.*

Defi-

Definitio Lutheri, qua sacram Cœnam definit c[...] pus Christi, non constat vero genere.
Definitio igitur illa Lutheri non est logica.

8 Hîc disputator primùm ad Syllog[...] smum nõ respondet, sed dicit, definitione[...] à Luthero positam, non tam Lutheri e[...] quàm ipsius Spiritus S. & Ignatii. Illud pr[...] bare vult ex Matth. 26. fortassis ex verbis i[...] stitutionis.

9 Hoc verò nullo modo est probar[...] sed in re seriâ ludere, & τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνειν[...] Ex verbis enim institutionis, de quoru[...] sensu adhuc inter Orthodoxos & Ubiqu[...] tarios controvertitur, ne tunc quidem quo[...] vult, evincet, etiam cùm suum sensum d[...] propria locutione vel inexistentia corpor[...] Christi in pane probaverit, id quod fiet nun[...] quam. De Ignatii verbis nos non admo[...] dum sumus solliciti, cùm sola sacra Scri[...] ptura immota fidei regula sit. Hæc igitur re[...] sponsio disputatoris extra metas vagatur[...] ideoq́ue in fumos abit.

10 Deinde ex sensu verborum Luther[...] legitimam & logicam S. Cœnæ definitio[...] nem extorquere conatur; dum his verbi[...] sensum declarat: *Sacramentum altaris est sumptio corporis Christi cum pane, & sanguinis ejus cum vino.* Probat hoc verbis institutionis, quæ extant apud Evangelistas & Paulum.

11 Hoc verò nullo modo est logicè definire,

tur, ubi nec verum genus, nec vera forma
[de]finiri indicatur. Quod, quæso, hîc genus
[com]munum sumptio? minimè. Quis enim un-
[qua]m Sacramentum ex S.Scriptura appel-
[lav]it sumptionem? & quis corpus & sangui-
[ne]m Christi cum pane & vino, Cœnæ Do-
[mi]nicæ formam? Pugnant hæc cũ superiori-
[bus], de quibus thesi 5. Priùs hoc doceat dis-
[pu]tator, conficta illa vocabula, *In, Cum* & *Sub*
[acc]ipienda esse: quod hactenus ab ortho-
[dox]is Theologis abundè satis est refutatum.
[Qu]in potiùs Cœnæ Dominicæ genus cum
[om]nibus rectè sentientibus Sacramentum
[fac]it, formam verò in repræsentatione &
[ob]signatione corporis Christi in mortem
[pr]o nobis traditi & sanguinis cum sensu iræ
[div]inæ pro nobis effusi per externa symbola
[eor]umque ritus ponit? Quæ cùm ita sint, ne-
[m]o non videt, Lutheri definitionem à lo-
[g]a ἀκριβείᾳ longissimè abesse, cùm vero
[ge]nere & verâ formâ destituatur?

12 Tertiò dicit disputator, committi e-
[len]chum compositionis & distractionis ab
[ii]s, qui Lutheri definitionem impugnant,
[eo] quòd corpus & sanguinem fecerit genus
[Cœ]næ Dominicæ. Non enim, inquit, Lu-
[th]erus Sacramentum altaris dicit corpus &
[san]guinem absolutè, sed addit, institutum
[ess]e ad manducandum & bibendum: quod
[qu]id aliud est, quàm dicere: Cœnam Domi-

ni esse manducationem corporis Christi cu
pane, bibitionem sanguinis Christi cum v
no? Sic disputator.

13 Respondemus, nihil hoc ad rem fac
re, cùm quæstio sit de Lutheri definitione,
logica sit; quod à nobis negatur, quia dest
tuitur vero genere & vera forma. Rege
disputator, Lutherum non posuisse corp
& sanguinem absolutè, sed addidisse, instit
tum ad manducandum & bibendum. Qu
tum? Neque genus, neque forma Cœnæ
cræ exprimitur, sed finis, isque falsus. Nec
nim propterea Christus instituit suam Co
nam, ut corpus suum substantiale median
pane comedendum, & sanguinem median
vino bibendum daret, sed ut per repræsent
tionem & obsignationem externorum Sym
bolorum, videlicet panis & vini, recordar
mur mortis suæ; quod expressè verba ind
cant: Hoc facite in mei recordationem. Ide
igitur adhuc desideramus in definitione Lu
therana, quod antea.

14 Quæ ultimo loco disputator cont
Dn. Goclenium disputat, nihil quicquam
faciunt ad principalem quæstionem demon
strandam. Quòd verò addit, Sacramentum
non edi, non bibi, sed in Sacramento edi &
bibi corpus & sanguinem Christi, est falsi
simum. Per Sacramentum enim nihil ali
ud intelligitur quàm externum symbolum
qu

...res cœlestis nobis repræsentatur & obsi-...tur, juxta illud: Sacramenta sunt signa vi-...lia invisibilis gratiæ. Errant autem turpi-...qui per Sacramentum intelligunt sub-...ntialem unionem signi & rei signatæ, in... res signata, verbi gratiâ corpus Christi, ...stantialiter delitescat sub signo, nimirum ...e. S. Scriptura enim de Sacramentis nos ...gè aliter edocet, & orthodoxa Ecclesia ...per longè aliter credidit.

DISPUTATIO TERTIA.

...N BAPTISMUS RECTE DICATUR SIGNUM ABLUTIONIS PECCATORUM?

...pondit BARTHOLOMÆUS FABRICIUS Hammelburg. Franco.

QUidam disputator parte 1. Schediasm. 15. negativam tuetur, sed vanis rationi-..., quas singulas ordine hac disputatione ...minare constituimus. Primò sic ratioci-...ur:

...uod est medium & organum alicujus rei, id non ...st ejusdem signum.

...ptismus est medium & organum nostræ παλιγγενεσίας.

...ptismus igitur non est signum παλιγγενεσίας.

2 Asſumptionem probat ſcripturæ ſ
ſex teſtimoniis. Primum eſt Apoſtoli
Tit. 3. ℣. 5. ubi dicit Paulus, *nos ex miſeric*
ſervari per lavacrum regenerationis & renov
nis Spiritus S. Secundum eſt Joan. 3. ℣. 5.
quis fuerit genitus ex aqua & Spiritu, non pote
troire in regnum Dei.

3 Reſpond. 1. ad propoſitionem,
non eſt univerſaliter vera: eſt enim nu
aquoſa pluviæ & ſignum & medium,
quod Deus illam efficit. 2. In utroque
dicto committitur Elenchus falſæ expl
tionis, ſeu falſi teſtimonii. Nam in dicto
li Tit. 3. ℣. 5. ut & in dicto Johan. 3. ℣. 5.
mo eſt de regeneratione, quæ fit per Sp
tum ſanctum, non de Baptiſmo, qui eſt in
ationis, adoptionis & regenerationis ſa
mentum. Apud Paulum enim per lavacr
regenerationis & renovationis intellig
ipſa regeneratio & renovatio Spiritus ſan
quæ inſtar lavacri ſeſe habet. Spiritus ſan
enim operatur in nobis fidem, per qu
Chriſtum cum omnibus beneficiis app
hendimus, atq; ita à peccatis noſtris lavam
& purificamur. Sic apud Joh. 3. ℣. 5. per aqu
non intelligitur aqua Baptiſmi, ſed ipſe Sp
tus S. cujus operatio voce aquæ declara
unde in ſcriptura aliquoties aquæ compa
tur. Hoc colligere eſt ex ℣. 6. ubi ſine me
one aquæ dicitur, quod genitum eſt ex S

ritu, ſpiritus eſt. Quod ſi vel maximè de aqua Baptiſmi dicta illa intelligenda fuerint, non proprius, ſed metonymicus erit ſermo.

4 Tertium S. Scripturæ dictum eſt Act. 2. ℣. 38. (in ſched. fortè typographi errore notatur cap. 1.) ubi hæc exſtant Petri verba: *Reſipiſcite, & baptizetur unusquisq; veſtrûm in nomen Jeſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum, &c.*

Hinc ſic concludit disputator:

Si Baptiſmus adminiſtratur in remiſſionem peccatorum, Baptiſmus eſt medium & organum, quo baptizati remiſſionem peccatorũ conſequuntur.
Atqui verum eſt prius.
Ergo & poſterius.

5 Reſpondetur. Negamus connexum. Nam in remiſſionem peccatorum Baptiſmus adminiſtrari dicitur, non quòd conferat remiſſionem peccatorum, ſed quòd hãc omnibus credentibus propter Chriſti meritum contigiſſe atteſtetur, ut ſenſus ſit: Baptizetur unusquisque in teſtimonium remiſſionis peccatorum. Organum enim, quo ſalutem in Chriſto nobis partam adipiſcimur, eſt ſola fides; Sacramenta verò de hac re teſtantur & fidem confirmant. Sacramenta igitur organa ſunt non collationis, ſed confirmationis.

6 Quartus ſacræ ſcripturæ locus eſt 1. Pet. 3. ℣. 21. (in ſched. habetur ℣. 3. qui fortaſſis typographico errore irrepſit) ubi hæc ex-

ſtant: *Cui rei* (videlicet conſervationi in arca Noæ) *ἀντίτυπον baptiſma nūc nos ſervat &c.* Unde ſic concludere velle videtur diſputator:

Quemadmodum aquæ diluvii ſuſtinuerunt arcam Noæ, in qua Noah fuit conſervatus, ſic aqua Baptiſmi conſervat eos, qui baptizantur.

Jam verò arca Noæ fuit inſtrumētū conſervationis.

Ergo & aqua Baptiſmi inſtrumentum ſalutis dicenda eſt.

7 Reſp. Eſt elenchus ſimilium, quia res in eo tertio comparantur, in quo comparari nō debent. Inſtituitur enim comparatio inter conſervationem Noæ in arca, & inter Baptiſmum Novi Teſtamenti in uno tertio, nempe in typo. Utrumq; enim hîc typus dicitur ſpiritualis conſervationis fidelium per Chriſti ſanguinem. Hunc ſenſum eſſe verum & genuinum indicatur, cùm Baptiſmus cōſervationis Noæ dicitur *ἀντίτυπον*, h.e. typus illi priori typo è regione reſpondens. Nihil igitur hoc Petri dictum patrocinatur diſputatori, imò ejus ſententiam prorſus evertit.

8 Quintus ſcripturæ locus eſt Rom. *6.* ℣. 4. *Sepulti ſumus unà cum Chriſto per Baptiſmum in mortem &c.* Ergo (vult concludere diſputator) per Baptiſmum tanquam per inſtrumentum mundamur.

9 Reſp. Eſt elenchus falſæ interpretationis. Loquitur ibi Apoſtolus de noſtri ſanctificatione, quam declarat per adumbrationem,

quæ

quæ fit in Baptiſmo. Nam in Baptiſmo baptizamur in mortem Chriſti, h. e. quemadmodũ Chriſtus mortuus eſt pro nobis, ita in Baptiſmo obligamur ad mortificationem & ſepelitionẽ veteris hominis, quæ per immerſionis ritum nobis ob oculos ponitur. Vult igitur Apoſtolus docere, ſanctificationẽ noſtri promanare à virtute mortis & reſurrectionis Chriſti, non à virtute Baptiſmi externi, qui ejus rei ſacramentum, h.e. ſignum & ſigillum eſt. Et quæ quæſo dementia eſt, externis ſymbolis & ritibus id tribuere & quaſi affigere velle, quod eſt ſolius Dei? Qui hoc faciunt, videant ne in Deũ ſint contumelioſi.

10 Supereſt ſextus ſcripturæ locus, Gal. 3. ℣. 27. *Quicunq; in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* Ergo per Baptiſmum, tanquam per organum, Chriſtum induimus, hoc eſt, ejus beneficia nobis applicamus, ut coram Deo juſti compareamus.

11 Reſp. Eſt idem Elenchus, quo malè tribuitur Baptiſmo, quod eſt ſolius fidei. Hoc enim vult Apoſtolus dicere: Quotquot in Chriſtum baptizati eſtis, ſive Judæi, ſive Gentes, nimirum, quotquot Baptiſmum tãquam divinum teſtimonium & pignus veſtri in Chriſto liberationis à legis maledictione accepiſtis. Per Baptiſmum igitur non tanquam per inſtrumentũ Chriſtum induimus, ſed tanq̃ per divinum teſtimonium mone-

mur, nos Christum induisse. Quocirca falsum est, quod disputator annectit, Baptismum ea omnia, quæ in allegatis dictis scripturæ dicuntur, nobis præstare non σημαντικῶς, ἀλλὰ κτ᾽ τὴν ἀλήθειαν. Si enim non σημαντικῶς, Baptismus non erit signum adoptionis nostræ in filios Dei, ac proinde nec Sacramentum. ἄτοπον καὶ ἀθεόλογον.

12 Pergit nunc disputator ad quendam Philosophum adversarium suum, quem, quòd locutiones illas ex scriptura modò allatas tropicas fecerit, sapientiam τὴν ἄνωθεν rationi suæ subjecisse conqueritur. 1. Quòd evacuet veritatem sacrosancti Baptismi: 2. quòd evacuet virtutem verbi & Sacramentorum: 3. quòd tollat discrimen Veteris & Novi Testamenti: 4. quòd minorem ἐνέργειαν ascribat Baptismo quàm lotionibus veterũ. 5. quòd contra Christum statuat. 6. quòd mendacii arguat Petrum Apostolum. 7. quòd multæ absurditates ex ejus sententia sequantur. Examinemus hæc singula.

13 Ad primum quod attinet, sic ratiocinatur:

Qui Baptismum vocat signum ablutionis peccatorum, evacuat veritatem sacrosancti Baptismi.

Atqui Philosophus quidam vocat Baptismum signũ ablutionis, dum nimirum scripturæ dicta modò citata tropicè intelligenda dixit.

Ergo evacuat veritatem sacrosancti Baptismi.

14 Respondeo: Falsa est propositio. Qui enim

nim Baptiſmum vocat ſignum ablutionis,
um ſcriptura loquitur, ejusq́ue ſenſum verè
: propriè exprimit. Sicut de toto ſacramen-
orum genere locutiones in ſcriptura alię ex-
int propriæ, aliæ tropicæ; ita quoque de Ba-
tiſmo. Et tam manifeſtũ eſt, improprias ſive
cramentales locutiones μετωνυμικῶς intel-
gendas eſſe, ſcil. per metonymiam ſubjecti,
t declaratione hoc egere minimè videatur;
uam ob cauſam fit, ut ſymbola interdum
es eas, quarum ſymbola ſunt, conferre di-
antur. Sic circumciſio Gen. 17. propriè dici-
ur ſignum federis, & eodem in loco μετωνυ-
μικῶς dicitur ipſum fedus. Eat nunc disputa-
or & dicat, veritatem circumciſionis euacu-
ıri, cùm dicitur ſignum federis. Sed fortaſſe
egeret, aliam eſſe rationem Sacramento-
rum Veteris Teſtamenti, aliam Novi.

Reſp. Quod ad modum loquendi ſacramentalem attinet, nihil eſt discriminis.

15 Secundò talis inſtituitur διάνοια:

Qui Baptiſmum vocat ſignum ablutionis, evacuat virtutem verbi & Sacramentorum.

Quidam Philoſophus illud facit. Ergo &c.

16 Propoſitionem probat, quia verbum Dei non ſignum, non figura, ſed inſtrumentum eſt & medium noſtri regenerationis, ideoq́; & Baptiſmus.

17 R. Eſt elenchus pariũ falſorum. Non enim eodem modo ſeſe habent in ſalute con-

ferenda verbum & Sacramenta. Verbum rectè dicitur organum, quo Spiritus sanctus utitur in donatione fidei; Sacramenta verò non sunt organa collationis, sed confirmationis fidei, siquidem Sacramenta testificantur de fide inchoatâ & collatâ. Baptismus autem cùm Sacramentum sit, testatur de facta ὑιοϑεσίᾳ & adoptione nostri in filios Dei, unde illud Act. 8. ℣. 37. *licet baptizari, si credis.*

18 Tertiò sic argumentatur disputator: *Qui Baptismum vocat signum ablutionis, tollit discrimen Sacramentorum Vet. & Nov. Testament. Illud quidam Philosophus facit. Ergo, &c.*

19 Propositionem probat 1. quia Sacramenta nostra juxta Epiphaniũ ἀντίτυπα sunt non typica, quòd ὄντως nunc fiant, quæ in Veteri Testamento præfigurabantur typicè. Deinde scripturæ dictis, ut Johan. 14. ℣. 6. ubi Christus sese vocat veritatem, & Heb. 10. ℣. 1. ubi lex dicitur habere umbram, Col. 2. corpus autem est Christi. Item Heb. 7. & 9.

20 Resp. Ad Epiphanii verba nos respõdere non tenemur. Quanta enim ejus authoritas in Christiana schola esse debeat, notum est. Interim facilè admittere possumus, quòd Sacramenta Novi Testamenti dicuntur ἀντίτυπα, si accipias vel eo sensu, quem suprà th. 7. exposuimus, vel, ut ἀντίτυπον idem sit quod τύπος, ut Heb. 9. v. 24. Quòd autem disputator dicit, Sacramenta Novi Testamenti ὄντως,

h. c.

.reverâ, & (ut ille putat) ſubſtantiali qua-
m unione in ſe continere res ſignatas,in
que à Sacramentis V.Teſtamenti differre,
ſum eſt, & ab ipſo disputatore nondum
obatum.

21 Deinde ſcripturæ dicta,quæ adferun-
r,ad propoſitum nihil faciunt. Nihil enim
adunt de diſcrimine Sacramentorum Vet.
Novi Teſtamenti.Joh.14.v.6.Chriſtus di-
tur veritas,quia vaticinia Prophetarum,&
uæ per ſacrificia in Veteri Teſtamento præ-
gurabantur, in ipſo verè ſunt completa.
uæ igitur conſequentiæ ratio: Chriſtus eſt
eritas,ergo ejus vis & efficacia verè externis
acramentis in Novo Teſtamento ineſt?
ocus Hebr.10.℣.1.ad rem nihil facit,ſiqui-
em Apoſtolus ibi non tradit diſcrimen in-
er Sacramenta utriusq; Teſtamenti,ſed in-
er duplex ſacrificium,Legale in Veteri Te-
tamento,&Chriſti in Novo.In ſacrificiis le-
galibus fuit rudis quædam adumbratio, &
quaſi σκιαγραφία,quâ innuebatur verum illud
ſacrificium Chriſti,quo populus Dei verè eſt
ſanctificatus. Idem judica de loco Col.2.℣.
17. ubi Apoſtolus inſtituit comparationem
inter Sacramenta Veteris Teſtamenti, & in-
ter ipſam rem ſacramentorum, non inter
noſtra Sacramenta. Sacramenta Veteris Te-
ſtamenti vocat umbram, ipſum verò Chri-
ſtum vocat corpus.

22 Sequitur nunc quarta querela disp tatoris, quæ hoc syllogismo concluditur:

Qui Baptismum vocat signum ablutionis pecca rum, ei minorem tribuit ἐνέργειαν, quàm lotio bus veterum.

Illud quidam Philosophus facit. Ergo, &c.

23 Respondeo negatione propositioni Est enim sacrosancti Baptismi in credent bus ἐνέργεια longè major & excellentio quàm vel aquæ Jordanis in leproso Naam no, 2.Reg.5. de quo disputator memini vel lotionum veterum in populo Israëlitic Si enim per ἐνέργειαν intelligatur mundati spiritualis à peccato, talem ἐνέργειαν nec i lotionibus veterum fuisse, nec in Baptism esse, cum scriptura dicimus. Si verò intelli gatur testificatio de mundatione illa spiri tuali: hanc in Baptismo non solùm non ess minorem, sed etiam majorem, idque pro pter rei testatæ claritatem. Et sicut lotione veterum nihil aliud fuerunt, quàm signun ablutionis peccatorum, ita & Baptismun nihil aliud esse, certum est. Nec enim otiosa sunt Sacramenta, utpote per quæ De us se efficacem in cordibus nostris fore pro misit. Otiosa igitur & iniqua est disputatoris querela. Confer Heb.9.℣.13.14.

24 Quintò vult disputator, hoc in nego- tio maximè esse attendendum Christum, qui est ipsa antiquitas: eò quòd hunc audire nol- le, sit manifestus interitus.

25 Reſpondeo: Bene & eleganter dicit
putator. Faciat modò quod dicit,& nul-
n dubium eſt,quin rectè & ex mente ſacræ
ipturæ de Baptiſmo,quòd ſignum abluti-
is peccatorum rectè dicatur, ſit judica-
rus.

26 Sextò Philoſophum mendacii inſi-
ulare ipſum Apoſtolum conqueritur diſ-
tator, & adducit Petrum Apoſtolum con-
rentem Baptiſmum cum arca Noæ,1.Pet.3.

27 Ad hanc querelam ſuprà ſatis eſt re-
onſum theſibus 6. & 7. quò lectorem re-
ittimus.

28 Ad finem ſchediaſmatis colligit diſ-
ıtator aliquot abſurditates, quas ſtatuere
icit Philoſophum, contra quem diſputat.
rima eſt: Baptiſmum nullibi in ſacra ſcri-
tura eſſe deſcriptum propriis verbis. Re-
pondeo, nihil referre ;cùm ex verbis inſti-
utionis & aliis ſcripturæ locis definitio ſatis
ona exſtrui poſſit. Secunda eſt, verba non
ſſe intelligenda ut ſonant. Reſpondeo: i-
nò verba inſtitutionis Baptiſmi accipienda
unt ut ſonant. Cùm verò locutio ſacramen-
alis eſt, ut cum Baptiſmus dicitur ablutio
peccatorum, verba non ſunt κατὰ τὸ ῥητὸν,ſed
κατὰ διάνοιαν intelligenda. Tertia eſt,tropum
aliquem nec eſſe in ὑποκειμένῳ,nec in κατηγο-
ρουμένῳ.Reſpondeo: hoc verò nequaquam ſe-
quitur. Nam cùm dico: Baptiſmus eſt ablutio

peccatorum, tropus eſt in κατηγορουμένῳ, vi-
delicet ablutio peccatorum ponitur pro ſi-
gno ablutionis per metonymiam ſubjecti in
ſacramentalibus locutionibus uſitatã. Quar-
ta eſt, prædicationes de Baptiſmo non poſſe
reduci ad unum modorum ex quinque præ-
dicabilibus. Reſpondeo, hoc falſum eſt.
Cùm enim dico: Baptiſmus eſt ſignum ab-
lutionis peccatorum, prædicatur ſignum ut
genus, cui differentia additur ablutio pec-
catorum, quæ fit per Chriſti ſanguinem.
Hujus enim ſignum & ſigillum eſt Bapti-
ſmus. Quinta eſt, Deum propriis verbis ſa-
cramenta non ſanciiſſe, contra inſtitutio-
nem ſacramentorum. Reſpondeo: Non
eſt neceſſarium, omnem ſacramenti inſti-
tutionem fieri propriis verbis: quæ falſa hy-
potheſis eſt diſputatoris. Sexta eſt, non o-
mnẽ articulum fidei in ſua ſede proponi pro-
priis verbis. Reſp. Hypotheſis à diſputatore
poſita non imperat nobis à vera & orthodo-
xa ſententia ſeceſſionem: cùm, quis ejus
axiomatis author ſit, non indicetur, nec ex
ſcriptura ſacra probari poſſit.

29 Conſtat igitur ex hisce omnibus, non
rectè à diſputatore negari, quòd Bapti-
ſmus rectè & propriè dicatur ſignum
ablutionis peccato-
rum.

Disputatio Quarta.

De duabus hisce quaestionibus in schola theologica maximè controversis:

An sit analogia inter fractionem panis in S. Cœna & fractionem corporis Christi?

An indigni (hoc est, infideles) in S. Cœna percipiant rem ipsam Sacramenti, hoc est, corpus & sanguinem Christi?

Respondit Bertramus Weinck Camensis Marco-Westphalus.

Quæstio I.

An sit analogia inter fractionem panis in S. Cœna, & fractionem corporis Christi? Affir.

SI Sacramenta earum rerum, quarum Sacramenta sunt, similitudinem non haberent, utique Sacramenta non essent; appositè & accommodatè dictum est, ut nemo sanus satis mirari possit quorundam fascinatam cæcitatem, qui ex Sacramentis analogiam, quæ Sacramentorum veluti anima est, extrudere & exsibilare satagunt. Ex his est quidam Schediasmatum scriptor, qui parte prima Sched. 6. contra invictam veritatem asserere

ausus est, non esse analogiam inter fractio-nem panis S. Cœnæ, & fractionem corporis Christi: Putamus, nos tempus non malè collocaturos, si rationes ejus diligentiùs expenderimus: & quibus sint munitæ fundamentis, altiùs consideraverimus.

2 Scopus autem disputatoris est, ut eludat fractionem panis in S. Cœna, eò quòd nulla sit analogia inter illam & fractionem corporis Christi. Videamus hominis fundamenta. Primum est:

Omnis analogia indicat convenientiam & similitudinem in aliquo tertio.

Inter fractionem panis & fractionem corporis Christi nulla est convenientia, nulla similitudo.

Ergo inter fractionem panis & inter fractionem corporis Christi nulla est analogia.

3 Assumtionem (quam nos negamus) tribus argumentis probat; Primum est, quia partitio, inquit, fit panis fractione. Nimirum per panis fractionem intelligit nihil aliud quàm ejus distributionem inter communicantes. II. Quia nihil Christo fractum est, ut Johannes testis est cap. 19. ℣. 33. III. Auctoritas P. Rami, qui in suâ Theologiâ lib. 4. c. 8. disserit, panis fractione non repræsentari fractionem corporis Christi, sed partitionem inter communicantes, eò quòd corpus Christi in cruce non sit fractum.

4 Respondemus primò ad primam probatio-

ationem quæ est falsa, & absurda. Si enim
er fractionem panis apud Evangelistas in-
elligenda esset distributio, inanis esset in
oce DEDIT ταυτολογία, cùm certo certius
it, distributionem illam verbo DEDIT si-
nificari, id quod omnibus mente bene
ompositis & sine præjudicio judicantibus
am est manifestum, ut mirum sit esse qui in
anta lucis claritate & splendore cæcutiunt.
Quòd autem quidam ex Esa. 58. ℣. 7. profe-
unt: Frange esurienti panem &c. id suo qui-
lem loco & sensu ut verum agnoscimus, sed
d hoc negotium nihil quidquam adversari-
s confert. Et quæ, quæso, consequentia est à
particulari ad particulare: Apud Esaiam fra-
ctio panis notat distributionem. Ergo etiam
n verbis institutionis S. Cœnæ? cùm mani-
festè reclamet id, quod statim subjungitur:
ET DEDIT, quo reverâ porrectio & distri-
butio significatur.

5 Altera probatio, quòd nihil Christo sit fractum, ex Johan. c. 19. v. 33. Syllogismus est:

Si Christo nihil est fractum, sequitur, inter fractionem panis & fractionem corporis Christi nullam esse analogiam.

At verum est prius. Ergo & posterius.

Assumtionem probat, quia Joh. 19. ℣. 33. scriptum est: quòd Christo non fuerint confracta crura.

6 Resp. Probatio est nimis frigida. Non

enim panis fractio repræſentare debet comminutionem crurum, ſed fractionem corporis Chriſti, quæ nihil eſt aliud quàm paſſio, crucifixio & mors ejus, quâ manus ac pedes ejus clavis confixi, & tandem anima ipſius à corpore ſoluta & dilacerata fuit, quando capite inclinato ſpiritum tradidit, idque pro nobis, quæ paſſio & mors Chriſti, cur non per metaphoram fractio corporis ejus dici poſſit, non video quid impediat, præſertim quum Apoſtolus ipſe quaſi digito idem commonſtret, cùm dicit 1.Cor.11. Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur, id eſt, crucifigitur & occiditur: corpus enim Chriſti propriè non eſt fractum. Quare petulanter cæci ſunt, qui hæc verba Apoſtoli tam manifeſta & clara attendere & intelligere nolunt.

7 Tertia probatio eſt ab auctoritate P.Rami lib.4. Theologiæ cap.8. Sed hoc κριτήριον cùm ſit nullum, nos miſſum facimus, & ad ſequentia accedimus.

8 Secundum fundamentum diſputatoris hoc eſt:

Si fractio panis repræſentat fractionem corporis Chriſti, ſequitur, corpus Chriſti in Cœna frangi propriè, in cruce verò tropicè; vel contrà in Cœna tropicè, & in cruce propriè.

At non hoc. Ergo nec illud.

Aſſumtionem probat ab abſurda conſequentia

quentia

quentia contrarii; utrum, inquit, affirmes, fractio propria significabit tropicam, aut tropica propriam, quod Luthero est absurdum.

9 Respondemus primùm ad principalis syllogismi propositionem, quæ falsa est. Non enim consequens ex antecedentis hypothesi deduci potest. Ideoque fixa stat hæc sententia; corpus Christi tam in Cœna, quàm in cruce impropriè frangi & fractum esse. Fractio verò propriè dicta de pane S. Cœnæ intelligenda est. Deinde ad assumptionis probationem quod attinet, certum est, propterea veritati nihil decedere, si Luthero, ut disputator scribit, absurdum est, per propriam fractionem significari tropicam. Quasi verò quod propriè fit in externo symbolo, non possit tropicè & impropriè dici de re signata! Sequeretur sanè, agnum paschalem, qui propriè erat agnus, non potuisse repræsentare agnum metaphoricum, qui fuit Christus. Nihil igitur absurdi est, si dico: Fractio panis propriè sic dicta, significat fractionem corporis Christi impropriè dictam.

10 Pro tertio fundamento contra orthodoxam sententiam, quâ per fractionem corporis Christi intelligitur crucifixio & mors ejus, sic disputator excipit:

Διάλυσις animæ à corpore à nemine absolutè appellatur fractio corporis.

Mors Christi fuit διάλυσις animæ à corpore.
Ergo mors Christi à nemine absolutè appellatur fractio corporis; & per consequens, inter fractionē panis & inter fractionē corporis non est analogia.

11 Respond. ad propositionem. Si disputator per vocabulum ABSOLUTE, intelligit idem quod est sine comparatione & simpliciter, concedimus totum Syllogismum, & tunc consectarium conclusionis ex conclusione non sequitur. Si verò hoc vult Disputator, διάλυσιν animæ à corpore neque simpliciter neque comparatè, hoc est, neque propriè neque metaphoricè fractionem dici posse, videat quid respondeat Apostolo 1. Cor. 11. ℣. 24. ubi expresśè dicit: corpus quod pro vobis FRANGITUR. Quis, quæso, modò sit sanæ mentis, unquam negaverit, mortem hominis per figuratam locutionem posse dici fractionem ejusdem?

12 Pro quarto fundamento Disputator ex nostra sententia de analogia elicere conatur absurdum hac formâ:

Si est analogia inter fractionem panis & inter fractionem corporis Christi, sequitur, panem in duas tantummodo partes esse frangendum.
At non hoc: Ergo nec illud.

Propositionem probat, quia si similitudo hæc procederet, una pars fracti panis denotare deberet animam Christi, altera corpus Christi.

13 Resp.

13 Respondemus, esse cavillum. Satis est enim, simplici fractione ad mortem Christi deduxisse. Deinde trita in scholis regula disputatori hîc est proponenda, quæ vult, non necesse esse, ut simile in omnibus responde-at ei rei, cujus est simile, quia sufficit in eo tertio convenisse, in quo cognatio est. Simile enim non est idem.

14 Pro quinto fundamento profert Disputator aliam analogiæ explicationem, eamque tanquam ἄλογον rejicit:

Ἀναλογία, cujus explicatio fit per generalia est nullius assis.

Ἀναλογία inter fractionem panis & inter fractionem corporis Christi explicata per passionem, explicatur per generale.

Ergo est nullius assis.

Propositionem probat exemplo hoc: Johannes est similis Eliæ; explicatur non hoc modo: sicut Elias fuit homo, ita & Johannes: sed hoc, sicut Elias fuit ornatus spiritu & virtute, ita & Johannes. Simili modo vult Disputator explicari per generale hanc analogiam: Quemadmodum panis patitur, dum frangitur: ita quoque corpus Christi passum intelligitur.

15 Resp. Quamvis disputator hanc analogiam ὑποθετικῶς ita explicet, videl. si forsan ita esset intelligenda, tamen dispicere lubet, an explicationem illam meritò dicto modo

ſugillet. Dicit, explicationem analogiæ inter fractionem panis & corporis Chriſti eſſe ſimilem ei, quâ duæ ſpecies comparantur in genere, verbi gratiâ, Johannes eſt Elias, quia uterque eſt homo; Id verò eſt falſiſſimum. Non enim ita ſe habet homo ad Eliam & Johannem, ut paſſio ad panem cœnæ & corpus Chriſti. Illic prædicatur genus de ſpeciebus, hîc commune adjunctum de ſubjectis, quod in ſimilibus eſt frequentiſſimum. Quod diſputator aſpergit de typis & umbris, quòd in corpore Chriſti conquieverint, ad rem nihil facit: ut oſtendimus in quæſtione; An Baptiſmus rectè dicatur ſignum ablutionis peccatorum.

16 Pro ſexto fundamento diſputator ad evertendam anologiam, miram adfert interpretationem vocis κλώμενον, 1. Cor. 11. v. 24. nempe quòd ſignificet non fractionem, ſed diſtributionem inter communicantes; Et quando Lucas dicit διδόμενον, Paulum repoſuiſſe κλώμενον, non ut oſtendatur analogia, ſed ut doceat, idem omnino corpus, quod in cruce pro nobis traditum eſt (διδόμενον) in Cœna Dominica diſtribui (κλώμενον) inter communicantes. Syllogiſmus eſt:

Si vox κλώμενον 1. Cor. 11. v. 24. notat diſtributionem, non fractionem corporis Chriſti: nulla eſt analogia inter fractionem panis & inter fractionem corporis Chriſti.

At ve-

At verum est prius. Ergo & posterius.

17 Assumptionem probat, quia, inquit, fractio corporis Christi non est intelligenda de ejus in plures minutas particulas divisione, sed de distributione. Illud constat ex Johan. 19. hoc verò ex sententia Lutheri.

18 Respondemus breviter: De priore probationis membro, quid sentiendum sit, dictum est supra thesi 6. Posterius membrum probationis responsione indignum est, quia petit principium. Solvat autem nobis disputator hunc nodum: Si voce κλώμενον notatur distributio, cur Apostolus addidit hæc verba, ὑπὲρ ὑμῶν, pro vobis? Ergóne voluit Apostolus docere, corpus Christi in S. Cœna distribui inter communicantes pro communicantibus? Et statuendum est omnibus piis, corpus Christi in S. Cœna pro ipsis distribui? Quid absurdius Apostolo, imò ipsi Spiritui sancto non citra impietatem affingi potest?

19 Pro septimo & ultimo fundamento suæ opinionis sic concludit disputator:

Si hæc analogia nulla est: Quemadmodum panis frangitur, ita corpus Christi frāgitur suo modo; sequitur, nullam esse ἀναλογίαν inter fractionē panis, & inter fractionem corporis Christi.

Atqui verum est antecedens. Ergo & consequens.

Aſſumtionem probat, quia ſic oporteret etiam in altera Cœnæ parte talem analogiam inſtitui.

20 Reſpondemus ad probationem, non debere abſurdum aut falſum videri, quòd dicimus, in altera quoque Cœnæ parte talem analogiam inſtitui oportere: quippe cùm verba inſtitutionis hanc æquè atque alteram indicent. Nam ſicut analogia fractionis indicatur per verbum κλώμενον vel διδόμενον corpori Chriſti adjectum; ita analogia fuſionis indicatur per verbum ἐκχυνόμενον adjectum ſanguini Chriſti. Quare ſicut fractio panis crucifixionem corporis Chriſti, ſic fuſio vini fuſionem ſanguinis Chriſti nobis repræſentat.

21 Atq; ita intelleximus, quàm vanæ ſint rationes illorum, qui ex S. Cœna eliminare conantur analogiam inter fractionem panis, & inter fractionem corporis Chriſti. Deploranda & commiſeranda ſanè eſt pertinacia, quâ eò adiguntur, ut nulla S. Scripturæ, nulla Apoſtolorum, nulla primitivæ Eccleſiæ autoritas illos ad veritati cedendum & propriis opinionib. renuntiandum movere poſſint. Nos verò Deum precemur, ut in via veritatis nos conſervet; illos verò, qui ſine mente & ſine judicio, obfirmato animo veritati contradicunt, ad veritatis viam perducat, ad nominis ſui gloriam & ſanctæ Eccleſiæ incrementum.

QUÆSTIO II.

...indigni, hoc est, infideles, in S. Cœna percipiant rem ipsam Sacramenti, hoc est, corpus & sanguinem Christi? N.

Thesin affirmativam idem disputator in ...hediasmatibus part. 1. Sched. 10. tuetur, vel ...tiùs tueri conatur. Quibus autem rationi...s utatur, & quàm firmis, expendere & dis...irere lubet. Primam rationem hâc forma ...ncludit:

...uicunque manducando rei fiunt ipsius corporis Christi, ideo, quia in manducatione illa non discernunt corpus Christi, eos certum est manducare corpus Christi.

...tqui indigni in S. Cœna manducando rei fiunt corporis Christi.

Ergo certũ est, indignos manducare corpus Christi.

2 Respondemus, propositionem esse fal...m, & jamdudum ab orthodoxis Theolo...is tam validè & nervosè refutatam, ut mi...um sit eam à disputatore tanquam invi...tam repeti. Brevis igitur responsio hâc vice ...fficiat. Qui manducando rei fiunt corpo...is Christi, ideò rei fiunt, quia injurii sunt in ...ymbola ad sacrum usum destinata. Dum e...im indigni his non utuntur ut par est, nem...e cum debita reverentiâ & fide, utpote quæ ...em cœlestem repræsentant : inde fit, ut ...ontumelia etiam afficiant ipsam rem signa-

tam. Hanc explicationem confirmat ip
Apoſtolus 1. Cor. 11. ℣. 27. ubi dicit: Quisqu
ederit PANEM hunc, aut biberit POCULU
Domini indignè &c. Non dicit: Quisqu
ederit corpus aut biberit ſanguinem ind
gnè. Deinde cùm addit Apoſtolus, indign
non diſcernere corpus Domini, ſignifica
eos panem non ut Sacramentum corpor
Chriſti conveniente religione tractare, ſe
veluti communem aliquem panem intueri
comedere, atq; adeo non diſcernere inte
panem ſacrum, deducentem ad corpus Do
mini, & communem.

3 Quæ diſputator inſpergit de Sacra
menti integritate & ſanctitate, quòd no
interſit cùm de ea agitur, quid credat & qua
li fide imbutus ſit ille, qui accipit Sacramen
tum, Auguſtini ſunt, quæ nobis nihil im
perant. Breviter tamen obſervetur, Sacra
mentum eſſe Sacramentum tantummo
do ei, qui fide accedit; qui verò ſine fide eſt
rem terrenam non accipit tanquam Sacra-
mentum, hoc eſt, tanquam ſacrum & my-
ſticum ſignum, ſed ut rem communem. At-
tendatur etiam falſa hypotheſis diſputatoris
quâ aſſerit, Sacramenti integritatem con-
ſiſtere in ſubſtantiali unione ſigni & re
ſignatæ. Nobis cum rectè ſentientibus Sa-
cramentum eſt nihil aliud, quàm ſignum
& ſigillum, quod eſt relatum, cujus correla-
tum

n eſt (fas ſit ita loqui) ſacramentatum, hoc ſignatum myſticum.

Aggreditur inſuper diſputator quendam m antagoniſtam, qui contra indignorum nducationem ſic eſt argumentatus:

Qui corpus Chriſti percipiunt, eo vivificantur & in Chriſto manent.

Indigni non vivificantur, nec in Chriſto manent.

Ergo indigni non percipiunt corpus Chriſti.

5 Ad hanc objectionem reſpondet dupli-er. Primò diſtinguit inter cauſam efficien-n naturaliter, & efficientem voluntariè, de ſic infert:

Quod agit voluntariè, non naturaliter, id poteſt aliter agere atq; agit.

Deus agit voluntariè, non naturaliter.

Ergo poteſt aliter agere atq; agit. Et per conſequens, corpus Chriſti ab impiis vel aliis indignis manducatum, non vivificat, ſcilicet, quia illa vivificatio nō eſt naturalis, ſed volūtaria actio.

6 Reſpondemus; Syllogiſmus per ſe onſideratus, à propoſito eſt alienus; in ſua men materia, ut bonus, à nobis concedi-ur. Eſt enim Deus liberrimum agens. Con-luſionis verò conſectarium, cùm nullâ rorſus ratione aut hypotheſi ex concln-ione educi poſſit, ſimpliciter, ut falſum & neptum rejicimus. Non enim quia Deus eſt ωπεξέσιΘ, ideò corpus Chriſti manduca-um atque acceptum, & vivificandi & non


vivificandi, pro diverſitate ſubjecti, in qu
recipitur, vim habet. Probet priùs disput
tor, corpus Chriſti acceptum poſſe eſſe n
efficax & ocioſum. Dico diſertè, ACC
PTUM, quia repudiatum occídit & d
mnat. Accipi autem non poteſt, niſi ve
fide, quia cibus ſpiritualis non poteſt acc
pi niſi ſpirituali ore, quod eſt fides. S
mus, adverſarios hîc diſtinguere inter co
poris Chriſti duplicem acceptionem, co
poralem & ſpiritualem; Sed cùm S. Scr
ptura hanc diſtinctionem non agnoſcat,
nobis quoque minimè agnoſcenda eſt. Scr
pturæ dicta, quæ profert disputator ex J
han.5. verſ.21. & Johan.3. verſ.8.18. &c. ite
Matth.1.verſ.21. Actor.17.verſ.8. à propoſit
ſunt alieniſſima. Partim enim loquuntur d
liberrima Dei poteſtate, quâ dona ſpirituali
confert quibus vult: partim de Chriſto u
Salvatore & judice. Sed ne apicem quiden
nobis oſtendunt, ex quo probari poſſit, quò
Chriſtus acceptus, occídat & damnet. Im
blasphemum eſt dicere, Chriſtum acceptun
& manducatum eſſe noxium, juxta illud Jo
han.6.v.51. Si quis ederit ex hoc pane, vive
in æternum.

7 Deinde dicit disputator, committi i
antagoniſtæ Syllogiſmo elenchum effect
Quia, inquit, effectum VIVIFICARE no
ad quodlibet, ſed ad certum & determina
tun

subjectum est accommodandum. Ne-
igitur propositionis universalitatem,
que restringit ad eos, qui corpus Christi
piunt spiritualiter, id est, fide.

Respondemus, verum quidem esse,
nisi eos qui spirituali ore corpus Christi
ducant, eo vivificari: quo sensu propo-
verè universalis est, siquidem nullus a-
est modus percipiendi corpus Christi,
m qui dicitur spiritualis, cùm nimirum
fidei Christum manducamus, hoc est,
eum cum omnibus suis beneficiis ap-
endimus. Sed quod attinet ad alterum
cipiendi modum, qui dicitur corporalis
oralis, cùm S.Scriptura illum ignoret,
ritò à nobis repudiatur. Quod dicit dis-
ator, corpus Christi diversimodè agere
diversis subjectis in quæ recipitur, id tum
num recipiemus, cùm corpus Christi ab
biis accipi & manducari, verè & legitimè
S.Scriptura probaverit. Regulas philoso-
cas de receptivo & recipiendi modo,
òd hic semper fiat ad modum receptivi.
is, non imprimentis, ex Scalig. exerc. 16.
t.2. suo sensu ut veras agnoscimus & acci-
nus, quemadmodum & subjecta exempla
ysica, sed ad propositam quæstionem ni-
pertinent, cùm falsa nitantur hypothesi,
mpe orali manducatione, cujus ex S. Scri-
ura probationem adhuc exspectamus. Non

enim quemadmodum ſolis calor in diver
ſubjectis, verbi gratiâ, luto & cera, diver
modè agit, & torpedo ſtupefacit manu
piſcatoris per arundinem, ipſam verò aru
dinem minimè; Et vinum febricitanti
noxium, ſano verò ſalubre: Sic corpus Ch
ſti acceptum à fideli adfert vitam, acceptu
verò ab infideli mortem. Elenchus eſt fall
rum ſimilium. Chriſtus enim, qui vita e
non poteſt niſi ad vitam accipi; ad morte
accipi non poteſt, quia mors non eſt à Chi
ſto recepto, ſed ab eodem repudiato.



DISPUTATIO QUINTA,

AN PROPRIA POSSINT COMMUNICARI.

Reſpondit THEOPHILUS FREI Scaphuſianus Helvetius.

PUlchrè & ſcitè eſt præceptum à Philoſo
pho: ὁ σοφὸς ἀθυῤῥήμων ἔςω. Quare ſi
ambagibus & tergiverſationibus negativa
tuebimur, contra quendam disputatore
qui neſcio quibus limitationibus adhibi
in parte 1. Sched. 35. ut proprietatum co
municationem in naturis Chriſti adverſ
orthodoxam veritatem aliis obtrudat,
propoſitam quæſtionem affirmativè reſpo
det, ſuamque diſputationem contra vir
doctiſ

ctiſſimos, Dn. Goclenium & Keckerman-
m inſtituit. Quomodo horum funda-
nta & quibus rationibus evertere cone-
,hâc disputatione modeſtè & placidè dis-
irere fert animus: non quòd exiſtimemus,
os illos doctiſſimos Philoſophos noſtro
us habere patrocinio, ſed ut veritas noſtris
idioſis magis nota & perſpicua reddatur.
2 Inſtituit autem disputator confutare
n Dn. Keckermanni argumenta, quæ ex-
t in Syſtem. Log. lib. 1. cap. 21. quorum
mum eſt: Omne quod communicatur,
mmune eſt: quod commune eſt τῷ ἰδίῳ
ntradiſtinguitur: Contradiſtinctum au-
n ſui contradiſtincti negationem inclu-
, ità ut communicari, vel commune eſſe
i nihil poſſit, niſi priùs dicatur non-pro-
ium. Hæc Keckerm. Ex quib. verbis rectè
ncluditur, Communicationem proprii
ius ſpeciei quæ ſit alteri ſpeciei realiter di-
rſæ, implicare contradictionem.
3 Quid ad hoc argumentum disputator?
icit committi duplicem elenchum παρὰ τὴν
ωνυμίαν; alterum in voce *communicationis*, al-
rum in voce *Commune*. Excutiamus diſtin-
ionem, ut appareat, quomodo ex disputa-
ris mente proprium unius ſpeciei poſſit eſ-
communicabile alteri realiter diverſæ.
4 Primùm, quod ad vocem *Communicati-
is*, dicit disputator, eam apud Ariſtotelem

bifariam accipi: 1. pro μεθέξει. 2. pro συνδυα
μῷ. Μέθεξις est, quâ quid alterius, ut essen
am, ita & nomen ac definitionem acci
Sic genus est μεθεκτὸν suis speciebus, ideoq
generis proprietates speciebus commu
cantur. Συνδυασμὸς copulatio est, quâ esse
tiales partes ad totius compositi constitu
onem uniuntur.

5 At quò hæc distinctio spectet, nemo
si OEdipus aliquis divinare poterit. V
enim disputator tam in μεθέξει, quàm
συνδυασμῷ fieri propriorum communica
onem; id quod tamen falsum esse, si ad K
ckermannianum canonē respiciamus, ma
festum est, cùm canon ille loquatur de pr
prio unius speciei respectu alterius speciei
aliter diversæ.

6 Nam τὸ ἴδιον generis respectu speci
quæ generi subjicitur, ampliùs non est ἴδ
sed κοινὸν, quemadmodum genus ipsum κ
ὀσίαν speciebus commune est. Quis enim
cultatem sentiendi, quæ propria est animal
propriam dixerit equi vel hominis? Et q
risibilitatem proprium adjunctum dixe
Petri vel Pauli? Ergo nec in μεθέξει propriu
unius speciei communicatur alteri speciei
aliter diversæ; ac proinde manet interne
num bellum inter hæc duo: *Esse proprium,*
communicari.

7 Nunc ad συνδυασμὸν venio, in q

iquitariorum grex omnem ſuam ſpem &
iciam collocat, ſed fruſtrà. Hoc modo, in-
t disputator, qui propria communicabi-
negaverit, Chorœbo ſtultior eſt. At, in-
ım ego, talis ſit neceſſe eſt, qui affirmave-
Hæc enim τῦ συνδυασμῦ, hoc eſt copulati-
is vis haudquaquam eſt, ut partes copula-
inter ſe ſuas proprietates commnnicent,
nec partes inter ſeſe communicantur, ſed
iuntur. Aliud enim eſt uniri, aliud com-
unicari, quæ duo malè ab Ubiquitariis
nfunduntur. Uniri enim, eſt in unitatem
ius compoſiti copulari: communicari ve-
eſt, quando unum ſibi ſumit quod eſt al-
rius. Anima non communicatur corpori,
l ei unitur. Quare qui συνδυασμὸν vertit
mmunicationem, malè facit, niſi vulgari
quendi conſuetudine abuti velit.
8 Hinc jam accedit disputator ad quæſti-
nem, quam maximè in hoc negotio inten-
t, malè verò proponit in hunc modum: *An
hriſto homini per & propter unionem perſonalem
mmunicata ſint divina quædam idiomata?* Ubi
bſervandum, disputatorem uti phraſi non
nâ, quando dicit, *Chriſto homini.* Quaſi verò
uplex ſit Chriſtus, quorum alter ſit homo,
ter verò non item. Nec eſt quod vel dispu-
ator, vel quisquam alius putet, phraſin hanc
eperiri in ſcripturâ, videlicet 1. Tim. cap. 2.
v. 5. ubi Apoſtolus ait, Unus eſt mediator

DEI & hominum, homo Christus Jesus. A-
postolus enim non dicit, Christus homo: se
Homo Christus; quæ verba si resolvas, s
erit: Homo ille, qui est & dicitur Christu
Itaque pari ratione, quum dicitur, *Christus ho-
mo*, id sic erit resolvendum: Christus ille, qu
est & dicitur homo. Quibus verbis Christu
contra Christianam fidem in duas persona
dividitur. Si excipiat disputator, se verbis il-
lis usum non in sensu distributivo, sed limi-
tativo: ac si dixisset, *Christo, quatenus est hom*
sive, *secundùm humanitatem*, seu deniq; *huma-
nitati Christi*, tum sententiam quidem suam
rectè explicat, sed interim phrasi non rect
usus est. Quæstio igitur sic informanda fu
isset: *An humanæ naturæ Christi, per & propter uni-
onem personalem cum divinâ naturâ, communica
sint idiomata divinæ naturæ.*

9 Ad quæstionem legitimè propositam
disputator respondet disertè affirmando
Nos verò cum sacrâ scripturâ & sanâ philo-
sophiâ eam disertè & constanter negamu
Disputatoris διάνοια est:

Quemadmodum corpus ab anima accipit vitam
& ferrum ab igne calorem: sic humana natu-
ra Christi à divinâ naturâ accepit omnipoten-
tiam, omnipræsentiam, omniscientiam, omn
judicium &c.

Atqui prius fit per communicationem.
Ergo & posterius.

10

10 Resp. Ambæ præmissæ sunt falsæ. In
ajore committitur elenchus similium. Hu-
ana enim natura Christi ad divinam non
 sese habet, quemadmodum corpus ho-
inis ad animam, aut ferri calor ad ignem,
c eò usque similitudo est extendenda.
nima in corpore operatur vitam, ignis
 ferro operatur calorem; divina verò
tura in humana non operatur omni-
otentiam, omnipræsentiam, &c. secus in
hristo esset omnipotentia duplex: una
 divinâ naturâ à se, altera in humanâ na-
râ per modum effectionis, quod est ab-
rdum & ἀθεόλογον. Deinde assumtio quoq;
de communicatione propriè sic dictâ acci-
iatur, falsa est. Vita enim, quæ animæ essen-
alis est, nullo modo corpori communica-
ur: nec essentialis calor ignis communicatur
erro: sed anima ex sese in corpore producit
liam numero vitam, quæ est vita hominis:
c ignis ex sese in ferro ignito producit ali-
m numero calorem, qui est ferri igniti tan-
quam totius. Nulla igitur hîc est μετάβασις,
ulla μετάδοσις, quicquid alii objiciant, sed
νέργησις.

11 Heic autem regerit disputator:

Quicquid Christo est datum, id ei datum est se-
cundùm humanitatem.

Omnipræsentia &c. Christo est data.

Ergo est data secundùm humanitatem: &

per consequens facta est communicatio proprietatum.

12 Propositio universaliter accepta non est vera, & falsissimum est, quod subjicit disputator, Christum secundùm humanitatem accepisse *nomen super omne nomen*: item Christum secundùm eandem esse nostrum Mediatorem. Si enim hoc verum est, sequitur, mysterium incarnationis frustra factum esse, & divinam Christi naturam in opere redemtionis fuisse ociosam, quod sine impietate dici nequit. Malè igitur quæ de personâ propriè & simpliciter sunt intelligenda, ad alteram naturam trahuntur: quod idem facit disputator in eo, cùm Christus à cæco invocatus vocatur filius Davidis. Sunt enim appellationes in concreto. Quod si illa Ubiquitariorum glossa locum habet, sequetur, Christum secundùm humanam naturam descendisse de cœlo, juxta illud: Filius hominis qui descendit de cœlo, hoc est, qui humiliavit sese, & in utero matris carnem nostram assumsit, Johan.3. v.8. Quæ disputator profert ad probandam assumtionem, vana sunt & à proposito aliena, nec ex genuino sensu scripturæ allegantur.

13 Pergit disputator contra Keckerm. *Si migratio fieret accidentis de subjecto in subjectum, hoc est, si accidens & forma totum suum subjectum desereret, tum demum proprium communicando cessaret esse proprium.* *Atqui*

Atqui illud non fit. Ergo nec hoc: & per consequens propria possunt communicari.

14 At verò quid hoc ad rem? Vult igitur sputator accidens partim inesse uni sub-cto, partim alteri, quod est unum ἐκ τῶν όπων. Quæ enim potest hæc diductio & latatio accidentis esse, quæ innuitur in ropositionis declaratione? Potéstne sub-ctum ex parte deseri à suo accidente, vel iam à suâ formâ? Omnium Philosopho-ım consensu accidentia sunt ἀμέριστα: unde rmissimum fluxit axioma: *Accidens unum nu-iero non potest esse in diversis numero subjectis*; ni-hirum quia accidens accipit numeratio-em à subjecto. Est igitur admodum frivo-um quod dicit disputator de desertione otius subjecti. A nostra parte stat Zabarella ib. de accret. & nutrit. cap. 16. ubi sic ait: In a-iis omnibus formis (scilicet præter animam vegetantem, de quâ ibi sermo est) & acciden-ibus naturalibus nullam sive secundùm to-um subjectum, sive secundùm partem fieri posse migrationem, concedimus.

15 Progreditur disputator ulteriùs:

Si propria ita communicarentur, ut ejus, cui communicantur, fierent propria, jam proprium communicando cessaret esse proprium.

Atqui illud non fit. Ergo nec hoc: & per consequens propria possunt communicari.

16 Assumtioem probat, quia, inquit, fa-

temur proprium ei rei, cujus eſt propriun
ineſſe, tanquam in ſubjecto primum & pe
ſe, ei verò cui communicatur, ineſſe potiù
κατ' ἄλλο, non per οὐσίαν, ſed ἐξουσίαν, non τῷ
εἶναι, ſed τῷ ἔχειν, id eſt, non eſſendo, ſed ha-
bendo. Hoc igitur vult diſputator, propri-
um eſſe & manere proprium reſpectu eju
ſubjecti, in quo ineſt primùm & per ſe, com-
mune verò fieri reſpectu ejus ſubjecti, cu
communicatur. Examinemus hæc.

17 Aut loquitur diſputator de propric
quod eſt numero idem, aut quod eſt nume-
ro diverſum. Si de illo, jam infringit axioma
ab omnibus approbatum: Idem numerc
accidens non poteſt eſſe in diverſis nume-
ro ſubjectis, de quo in theſi 14. Si de hoc, im-
plicat contradictionem. Quod enim ἀριθμῷ
ab alio eſt diverſum, proprium dici non
poteſt. Ex hoc apparet, elumbes eſſe diſtin-
ctiones Ubiquitariorum, ad quas diſputator
confugit. Nam primùm abutuntur phraſi
καθ' αὑτὸ καὶ κατ' ἄλλο. Τὸ κατ' ἄλλο tunc
adhibetur, quando de toto dicitur quod
propriè & per ſe intelligendum eſt de alte-
ra parte; non verò quando de parte ſermo
eſt. Sic filius DEI dicitur paſſus κατ' ἄλλο, vi-
delicet κατ' ἀνθρωπότητα. Non verò dico:
Divina natura eſt paſſa κατ' ἄλλο; nec dico, hu-
mana natura eſt omnipotens, omnipræſens
κατ' ἄλλο, videlicet κατὰ θεότητα. Et quid quæſo

eſt

dicere, aliquid esse non κατ' ἐσίαν, sed κατ' ... σίαν: corpus Christi non quidem esse o... nipræsens, sed habere omnipræsentiã? Per... de est, ac si quis dicat; ille quidem nõ est sa... ens, sed habet sapientiam. Ἀδολεσχία: quasi ... rò habitus aliquis sine essentia esse possit. ... ic certè me miseret juventutis, quæ hisce ... ugis sine ratione & intellectu fidem habet, ... que ita in mulos & equos degenerat.

18 Luce igitur meridianâ jam clarius est, ... sputatorem frustra distinxisse inter μέθεξιν ... συνδυασμὸν: siquidem per συνδυασμὸν nul... modo efficitur partium, earúmve propri... tatum inter sese communicatio. Nunc dis... utator proponit alterum ὁμωνυμίας elenchũ ... n voce *Communis*. Sed eodem conatu, quo ... riorem proposuit. Primò, inquit, vox *Com... munis* accipitur pro eo, quod est cõmune plu... ibus separatis subjectis: qualis communica... io est accidentium communium. Sed hæc significatio, ut ipse rectè indicat, non est hu... jus negotii. Deinde vox *Communis* accipitur pro eo, ꝙ communicatur, sive tribuitur subjecto nõ primùm & per se, non essentialiter, habitualiter, formaliter, naturaliter, inhęsivè, subjectivè, ἐ μεταβατικῶς, ἀλλὰ μεταδοτικῶς, ut Basili⁹ loqtur, ꝑ συνδυασμὸν i.e. copulationẽ.

19 Parturiunt montes. Redit enim crambe illa, videlicet futilis illa distinctio, de quâ in thesibus 16. & 17. quò brevitatis causâ le-

ctorem remittimus. Unum est, quod he moneo, nempe vocabulum *Commune* in philosophia rectè accipi pro eo, quod tribuitur subjecto non primùm, sed κατ' ἄλλο; ut cùm homini tribuitur facultas sentiendi κατ' ἄλλο, videlicet quatenus animal est, non quatenus homo est. Sed hoc non est hujus loci. Auctoritatibus patrum, quas adducit disputator possemus alios patres opponere, sed contentimus tribus κριτηρίοις· πείρᾳ, λόγῳ καὶ θεοπνεύστῳ γραφῇ.

20 Addit denique disputator tertium elenchum τοῦ ὑποκειμένου. Proprium, inquit contradistinguitur à communi, ejusque negationem includit respectu communitatis ejus, quam Philosophus tribuit accidenti communi. Nimirum distinguit inter subjectum, quod recentiores vocant particulare & quod vocant universale; respectu illius proprio verè commune contradistingui, sed non respectu unionis personalis naturarum in Christo, quæ tam arcta est, ut περιχώρησις dicatur &c.

21 Mirum effugium. Satis liquet, de quo subjecto loquatur Dn. Keckerm. cùm dicit, commune τῷ ἰδίῳ contradistingui; scilicet intelligit illud ἴδιον, cujus subjectum libr. 1. System. cap. 20. vocat proprium, & vult etiam huic ἰδίῳ commune contradistingui, idque rectè. Disputator sentit, commune non con-

tra-

distingui, nisi quando accidens distribui- in commune & proprium. Miserum effu- m & docto viro indignum. Quasi verò n nisi ea, quæ in aliqua distributione ex- essè ponuntur, contradistinguerentur. ofectò ἀντιδιαιρεῖται quæcunque formis ntraria sunt, ut sunt commune & propri- . Nullus igitur heic committitur elen- us ὑποκειμένυ. Cætera quæ disputator heic ergit ex patribus, nos nō movent. Unum oneo de ferro candente, cujus hîc memi- disputator. Dicit illud urere, quia igni u- um est, à quo, & non à seipso habeat vim υσικὴν. Resp. Ferrum candens, totum est, nstans ex ferro & igne. Urit igitur κατ' λο, nempe secundùm ignem, hoc est, ignis ferro urit. Sed dicis ferrum calidum! Re- è inquam, quia ignis in ferri poris latens ex e in ferro operatur alium numero calo- m, cujus δεκτικὸν est ferrum; vide thesin 10. alè igitur disputator subjungit, carnem hristi θεωθεῖσαν, piè credi.

22 Ergo hactenus primum argumentum eckermanni, quo probavit, unius speciei oprium esse incommunicabile alteri reali- r diversæ, firmum, fixum & immotum stat; unc videamus, quid disputator excipiat ontra secundum argumentum, quod est, *ropria ab essentia sunt ἀδιαίρετα. Ergo communi- ito proprio, communicabitur etiam essentia.*

23 Respondet disputator, procedere a
gumentum in κοινωνίᾳ per μέθεξιν, non
κοινωνίᾳ κατὰ συνδυασμόν. Sed quàm vana sit h
disputatoris responsio, ex superioribus sa
liquet, ubi refutatum est, cùm dicit in συνδ
ασμῷ proprium manere quidem propriu
etiamsi communicetur alii subjecto, in q
sit non κατ' οὐσίαν sed κατὰ τὸ ἔχειν. Vide th.
& 17. Tædium repetitionem ingratam pr
hibet.

24 Aggreditur nunc disputator tertiu
Keckerm. argumentum hoc: Quod est cau
distinctionis rerum, non debet esse cau
confusionis: sed propria accidentia & oper
tiones sunt illud, quo mediante res inter
distinguuntur.

25 Respondet disputator distinguen
do inter confusionem & communicati
nem. Omnis communicatio, inquit, est
minimum inter duo, eaque distincta: cù
autem omnis communicatio sit inter d
stincta, etiã propriorum communicatio i
ter distincta erit. At verò hóccine responde
est? Probet primò disputator propriorũ co
municationem. Quæritur, an per propria d
stinguamus: non negat disputator. Ergo p
communia confundimus? Hoc negat, qu
aliud est confundere, aliud communicar
Sed quomodo hoc? Communicatio fit i
distinctis, confusio verò non. Respondetu
pro

ſus impoſſibile eſſe, ut unius ejusdem-
numero accidentis, multò minus τȣ̃ ἰδίȣ,
municatio fiat in diſtinctis ſubjectis, ut
natum eſt theſ. 14. Heic autem negoti-
eſt duntaxat de accidente, quod eſt idem
μῷ, non εἴδει. Illud communicari poſſe
nctis ſubjectis, διαῤῥήδην & conſtanter
imus.
6 De totali migratione accidentis de
jecto in ſubjectum, quam pro reſponſi-
, & quaſi exceptione ad aliorum inſtan-
n disputator in medium producit, quid
iendum ſit, breviter indicavimus theſi
Quapropter pergamus ad disputatoris
ponſionem, quâ evertere conatur hoc
gicorum axioma: *Si communicatur unum*
na, communicabuntur omnia. Quæ verò eſt
reſponſio? Primò ſimpliciter & præci-
negat axioma ex Ariſt. lib. 5. Top. cap. 4.
de comparatis propriis diſſeritur, ſed ne
x quidē, qui ad præſens negotium aliquid
erat momenti, extat; quin disputator hoc
ebat attēdiſſe, quod Ariſtoteles dicto lo-
dicit; ἀδύνατόν ἐςι τὸ ἀυτὸ πλειόνων ἴδιον εἶναι.
27 Deinde exemplo candentis ferri axio-
tis veritatem impugnat. Et ferro, inquit,
mmunicatur calor ignis: at motus & levi-
eidem nō communicantur. Anima com-
unicat corpori vitam, non ſpiritalitatem.
eſpondet pro nobis doctiſſimus Timple-

rus lib. 3. Metaph. cap. 3. quæst. 14. neque c
ditatem, neque vim urendi, neque levita
& raritatem esse proprium accidens ign
quarto modo. Deinde ignem non alio m
communicare caliditatem & vim urendi
ro, nisi quatenus similem & numero di
sam qualitatem in eo generat. Tertiò
mam nullas planè proprietates essenti
reverâ communicare corpori, sed in eo q
dam qualitates efficere, quæ similitudin
quidem aliquam habent cum proprietati
animæ; sed tamen numero & specie ab
sunt distinctæ. Hæc Timplerus. Quod ac
ex Basilio, Deitatem esse in carne Christi
cut ignis in ferro, id absurdum & falsum
Ignis enim in ferro est per transfusion
per poros, quod splendor indicat; Deitas
rò non est ita transfusa per singula corp
Christi membra. Quod si ita est, ut dispu
tor vult, tollitur mysterium, vel dicendum
rit, ignem in ferro esse modo hyperphysi
quod falsum est: siquidem natura ferri
quod in se facilè recipit ignem.

28 Ultimo loco disputator sese armat
versus hanc sententiam, quâ statuitur, ign
in ferro ignito non communicare ferro
um calorem eundem numero, sed alium
milem in ferro, ut patiènte, generare. S
quibus armis? Videamus rationes.

29 Prima ratio est; quia utriusque (vic
li

caloris ignis & caloris ferri) est eadem
itio. Syllogismus est:

*uorum est eadem definitio, ea sunt numero u-
num. Caloris ignis & caloris ferri in ferro
ignito, est eadem definitio.*

*rgo calor ignis & calor ferri in ferro ignito est
idem numero calor; & per consequens falsum
est, quòd dicitur ignis in ferro candente ex sese
generare alium numero calorem.*

o Propositio universaliter accepta non
era. Nam eadem definitio esse potest eo-
, quæ numero sunt diversa. Nónne calor
est in igne, & qui est à sole, in alio subje-
eandem habent definitionem hanc: *Ca-
st qualitas prima tactilis, per quam corpus est
lum.* Frigus præteritæ hyemis & frigus hu-
hyemis eandem habēt definitionem. Sed
es fortasse, hanc definitionem esse generi-
? Resp. Quid tum postea? Det igitur no-
Logicus aliquis perfectam definitionem
alicujus singularis, v.g. hujus vel illius ca-
is. Habent quidem res singulares & indi-
uæ suas formas, sed nobis incognitas.

31 Secunda ratio disputatoris ex respon-
ne ad primam rationem facilè refutatur.
riusque enim caloris ignis scilicet & ferri
n est eadem numero essentia, nisi quis ve-
dicere, causæ efficientis & effecti eandem
mero essentiam esse; quod est ἄλογον.

32 Tertia ratio est, quia una in ferro igni-
est unio. Syllogismus est:

Ubi est una unio, ibi in rebus unitis sunt a
dentia numero eadem.
In ferro ignito est unio una, scilicet ferri & ig
Ergo in ferro ignito accidentia sunt numer
dem: & per consequens, calor ignis & c
ferri est idem numero calor.

33 Resp. Propositio est falsa. Unio enin non tollit rerum unitarum distinction ita nec accidentium quæ rebus unitis insu distinctionem perimit. Deinde cùm s constet, in ferro ignito ignem agere in f rum tanquam in patiens, idque calefacere ut ita dicam, ignire, nemo negare potest, f calorem esse ab ignis calore per produ onem, non per μετάδοσιν unius ejusdem numero caloris, nisi quis velit evertere l axioma: Accidens numero idem, non po esse in diversis numero subjectis. Astipula nobis experientia. Sentimus enim in fe calorem igne remoto; scilicet effectum ig manet in ferro, ut in subjecto; essenti verò calor ignis ab igne nequaquam d cedit. Hinc quarta disputatoris ratio, q est, ex illâ unione sequi communication proprietatum ignis, nullo negotio diluit Taceo nunc, quod in genere verum, null unionem causam esse communicatio proprietatum in unitis subjectis.

34 Quinta ratio est: quia calor ignis & c lor ferri non sunt in diversis subjectis. Re

Mir

um sanè, cùm ipse disputator diversa sub-
expressè nominet, nempe ignem & fer-
. Syllogismus est:
*ex igne & ferro unitis factum est unum subje-
ctum, sequitur, utriusq; calorem esse eundem
numero.*
t verum est prius. Ergo & posterius.
5 Resp. Propositio est falsa. Ex partibus
n unitis fit quidem unum subjectum,
d vocatur totum compositum, sed inte-
salvæ manent & inter se distinctæ partes,
que & partium accidentia, quæ de toto
dem rectè prædicantur, sed stante inte-
limitatione & restrictione, quâ propriè
uitur parti unicuique quod suum est. Fal-
n igitur est, quod subjungit disputator,
um non tantùm urere, sed etiam lucere,
ropriè intelligat quatenus ferrum consi-
atur, ut pars unita. Si verò intelligat de
ro ignito, ut toto, concedimus illud urere
lucere, sed κατ' ἄλλο, hoc est, secundùm al-
am sui partem, nempe ignem.
6 Sexta ratio est, quia in ferro est ipsa ignis
stantia, substantia autem & forma non
cipiunt magis & minus. Syllogismus est:
*Si in ferro est ipsa ignis substantia, hæc autem non
recipit magis & minus, sequitur, ignem com-
municare suum eundē numero calorem ferro.*
At verum prius. Verum igitur & posterius.
37 Resp. Nulla est ratio connexionis in
opositione, quā simpliciter negamus. Nō

enim positâ substantiâ, ponitur commu- nicatio accidentium ejus numero eorun- dem. Nec videmus, quid sibi velit, cùm di- putator addit; substantiam non recipere ma- gis & minus. Est quidem hæc regula vera: a- rem verò nihil facit.

38 Septima ratio est, quia in faciem con- tradicitur Basilio. Resp. Nobis non est re- gio in re manifestâ etiam patribus contra- dicere; siquidem & hi non fuerunt ab o- mnibus nævis & errorib. immunes. Satis e- si non contradicamus experientiæ, ratio- & S. Scripturæ, ultra quæ tria κειτήεια qu- tum non agnoscimus. Manet igitur hac- nus salvum & incolume ἀνίκητον καὶ ἀκίνη-

hoc axioma: *Omne proprium unius speciei es- incommunicabile alteri realiter diversæ.*



ASSE-

SSERTIO DIS-
PUTATIONIS
PRIMÆ.

In quâ tractantur quæstiones duæ,

An fides pertineat ad essentiam Sacramenti?
An baptismus nullo prorsus modo signum vocari possit?

De Quæstione priore.

Quòd fides omnino pertineat ad essentiam Sacramenti.

ANtequam adversarius ad quæstionem ipsam accedit, præmittit quasi loco διδασκαλίας admonitionem triplicem, 1. e voce Sacramenti. 2. de voce fidei. 3. de hrasi, pertinere ad essentiam.

Primò, quod ad vocabulum Sacramenti :tinet, ejus duas reliquis omissis significatines ponit. *Aliquando*, inquit, *usurpatur vox acramenti pro alterâ parte quæ est in Sacramento, empe pro re terrenâ. Et hæc significatio est impro-* Pag. 8. *ria. Aliquando verò significat ipsam totam actioem quæ occupatur in certâ aliquâ re, per divinam nstitutionem determinatâ ad certum aliquem usum.*

Et hæc significatio est propria. Si quis enim inter-get, quænam sint Sacramenta propriè dicta? non r-spondetur, aqua, panis, vinum, præputium &c. Baptismus, sed Cœna Dominica, sed circumci-
Resp. Verum est, duplicem hanc significati-onem esse receptam & usitatam; sed in eo f-lit adversarius, quòd dicit, priorem signific-tionem esse impropriam, posteriorem pr-priam. Contrarium est statuendum. Us-enim vocabuli magis proprius & simplici-est, quum nomine Sacramenti intelligitur-gnum legitimè usurpatum, ac proinde u-cùm re significatâ receptum, sed sic tamen-eâ distinctum, sicut relativum à suo correlat-vo. Sacramentum enim alicujus rei sacr-mentum est, sicut omne signum alicujus r-signum est. Neque impropriè loquitur E-clesia, quum Sacramenta vocat signa grati-ut neque Scriptura, quum ea nominat sig-federis, sigilla justitiæ fidei. Astipulatur nob-Augustana confessio, quæ art. 13. Sacrame-ta expresè nominat signa & testimonia v-luntatis Dei erga nos. Nec est quòd hîc exc-piat adversarius, Sacramenta dici signa à fin-siquidem inde non sequitur appellation-improprietas. Ideò à Deo instituta sunt, ut e-sent signa & sigilla promissionis gratiæ, qu-certè sunt & propriè sunt. Nec valet obj-ctio: Cœna Domini est Sacramentum. Erg-panis non est Sacramentum corporis Chr-

st

: Vinum non est Sacramentum sangui-
s Christi. Nam quia panis & vinum
 id sunt ordinata, ut corpus & sanguinem
hristi nobis repræsentarent, factum est in-
,ut tota externa actio quæ est circa sacrum
um panem & sacrum illud vinum, Sacra-
entum diceretur. Minùs propriè verò Sa-
amenti vox accipitur pro signo & signato
mul, seu pro totâ actione, quæ tum ex legi-
ma symbolorum externâ sumptione, tum
 rerum ipsarum signatarum spirituali per-
ptione componitur, unde vulgo ex dicto
enæi de Eucharistiâ prolato dicitur, Sacra-
entum duabus rebus constare, terrenâ ni-
irum & cœlesti. Prorsus verò & simpliciter
lsum est Ubiquitariorum dogma, quo do-
nt, per Sacramentum Nov. Testam. intel-
gi actionem sacram, in qua res terrena &
s cœlestis substantialiter uniuntur, idque
 eo fundamento, quia in Novo Test. Chri-
us est exhibitus. Hoc est lubricum illud &
vernosum illorum hominum στερέωμα, su-
er quod omnes suas definitiones & dispu-
tiones ædificant, labore certè admodum
felici & vano. Quòd autem adversarius su-
n sententiam conatur probare ex Zacharia
rsino part. 2. Catech. quæst. 60. membro 2.
llitur. Sic enim ibi D. Ursinus: Variè in
criptis Theologorum usurpatur Sacramen-
um. Aliâs & quidem propriè pro ritu seu ce-

remoniâ externâ, cum quâ etiam intelligitu
materiale circa quod eſt,aliâs pro ſymbol
&c.Ideò autem fallitur,quia Urſinus non l
quitur de tali actione, qualem adverſariu
intendit,in quâ eodem modo ſumantur r
terrena & cœleſtis, ſed loquitur de actio
externâ & in oculos incurrente, quæ reve
Sacramentum & ſymbolum ſacrum eſt act
onis ſpiritualis,quæ fide perficitur. Nec
exiſtimandum, me per externum ſymbolu
ſemper intelligere materiale illud circa quo
actio eſt,ſed interdum intelligo totam acti
nem externam, vel etiam partem actioni
Sic fractio panis ſymbolum eſt crucifixion
Pag.9. Chriſti. Eſt autem calumnia non levi
quando adverſarius quæſtionis propoſit
ſenſum hunc eſſe dicit, quòd ſtatuam fide
pertinere ad eſſentiam externi ſymboli, q
res cœleſtis nobis repræſentatur & obſign
tur. Hunc enim ſenſum theſi 8. expreſſis ve
bis rejeci,& in eâdem verum ſenſum exp
ſui.

Deinde quod attinet ad vocabulum fide
rectè illud exponit de fide ſumentis & qu
dem de juſtificante fide,ſed inde quæſtion
ſenſum proponit partim verum, partim fa
ſum; Verum, quum dicit fidem ſumentis a
eſſentiam Sacramenti pertinere; falſu
quum addit, *ita ut hypocritæ non diſpenſetur S*
cramentum. Nam certè ex divinâ inſtitutio
veru

um Sacramentum hypocritæ dispensa-
quidem,offertur,exhibetur, sed quia fide
destitutus,non accipit ut Sacramentum,
c est,ut sigillum federis gratiæ; quemad-
dum verbum gratiæ prædicatur tam in-
dulis, quàm credentibus, sed ab incredu-
non accipitur ut verbum gratiæ,siquidem
est odor mortis ad mortem,2.Cor.2.v.16.
certè ratio est manifestissima ex naturâ
ctorum. In pactis enim si conditiones es-
ntiales non servantur, ipsa pacta sunt nul-
In federe gratiæ Deus dicit: Ego propter
eritum Filii mei remittam tibi peccata tua,
l eâ conditione, ut verá fide amplectaris
lium meum Christum, ejusque beneficia
bi applices. Hanc conditionem qui spernit
violat, quantum in se est, pactum facit ir-
rum & nullum. Si pactum fecit à suâ parte
llum, etiam sigillum pacto appensum
llum facit, ac proinde sigillum quod re-
ectu ejus,qui conditionem pacti essentia-
m observat, sigillum est,ipsi non est sigil-
m. Atque hoc modo dicimus fidem ad es-
ntiam Sacramenti pertinere,quia est essen-
alis conditio federis gratiæ,ac proinde eti-
m additi sigilli,hoc est,Sacramenti. Hoc si
quus lector probè perpenderit, de totius
isputationis hujus cursu rectiùs judicabit.

Tertiò, concedimus adversarii interpre-
ationem,quâ phrasin hanc philosophicam

pertinere ad eſſentiam declarat per τὸ conſtitue-
re eſſentiam, vel eſſe partem alterius. Nec o-
pus fuiſſet hîc diſtinctione inter duplex eſ-
Pag. 10. ſentiale, à priori & poſteriori. Sed pondere-
mus adverſarii argumentationem, quâ no-
ſtram ſententiam evertere conatur. Talis eſ

Pag. 11. *Si fides pertinêt ad eſſentiam Sacramenti, ſequi-*
tur, fidem non eſſe in ſumente, ſeu in eo qui uti-
tur Sacramento, ſed in ſymbolo.

Atqui hoc eſt abſurdum. Ergo & illud.

Propoſitionem probat; *Cauſa enim*, inqui-
eſſentialis eſt in eo cujus eſt cauſa eſſentialis, ut ho-
modo etiam pars eſſe poßit. Reſpond. Qui diſpu-
tationem ſeu theſes ipſas diligentiùs legit, fa-
cilè videt propoſitionis falſitatem. Condi-
tio federi addita, eſt federi eſſentialis, & qui-
dem à priori; hac enim ſtante ſtat fedus, ca-
dente cadit; & quia ipſi federi eſt eſſentialis
etiam eſſentialis eſt ſigillo annexo, quatenu
nimirum ſigillum eſt, hoc eſt, quatenus fe-
dus unà cum conditione obſignat; non eſ
eſſentialis ſigillo κατ' ȣ̓σίαν, videlicet quate-
nus ens eſt abſolutum. Admittimus igitu
probationem, qua dicitur cauſa eſſentiali
eſſe in eo cujus eſt cauſa. nam reverâ fide
continetur in Sacramenti definitione, ſiqui-
dem Sacramentum eſt ſigillum juſtitiæ fi-
dei. Jam verò ubi juſtitia fidei non eſt, ut no
eſt in incredulis, ibi ceſſat ratio Sacramenti
Ideò Rom. 2. ℣. 26. dicitur, circumciſionen

qui

dem prodesse, si legem exequaris. Quòd
ransgressor legis fueris, inquit Apostolus,
cumcisio tua facta est præputium; quasi
at Apostolus, circumsio tua non habet ra-
nem Sacramenti. Hinc aurea illa Theo-
gorum regula: Extra usum nihil habet ra-
nem Sacramenti; intellige usum secun-
m institutionem Dei; institutio autem
ei ab utentibus maximè postulat fidem, cu-
s absentia usum facit illegitimum & insti-
tioni contrarium, ac proinde rationem Sa-
amenti tollit. Hinc, opinor, videt adversa-
us propositionis falsitatem. Licet enim fi-
es in utente sit subjectivè, tamen ad Sacra-
enti essentiam pertinere tanquam essenti-
em conditionem nullo modo est negan-
um. Inprimis autem considerandum est
ic, aliam esse rationem caussarum essentiali-
m in entibus absolutis, aliam in entibus re-
pectivis, & quidem iis, quæ sunt ἐν συνθήκῃ καὶ
μοιότητι; in illis caussæ essentiales non sunt
xtra rem ipsam; in his verò sunt. Sic in pa-
cto conditio præstanda ita continetur in pa-
cti formâ, ut in contrahentibus subjectivè
quoque existat. Jam igitur, ut dictum est,
constat, Sacramenta esse pacti illius gratuiti
inter Deum & pios credentes signa & sigilla,
ubi à parte piorum essentialis conditio est fi-
des; unde manifestum evadit, hanc rationem
adversarii esse nullam: Fides pertinet ad es-

ſentiam Sacramenti. Ergo non eſt in eo q
Sacramento utitur. Breviter rem ſic hab
Quemadmodum promiſſio gratiæ annunc
atur hominibus, ita & Sacramenta offerun
tur; Atqui illa annunciatur eâ conditione:
credis. Ergo & Sacramenta ſic offeruntur. U
autem ubi non eſt fides, nullum habet locu
promiſſio gratiæ; ita quoque ubi fides dee
nullum habent locum Sacramenta.

Hactenus fuerunt quaſi προλεγόμενα προ
παιδείας ἕνεκα præmiſſa; nunc ad disputatio
nem ipſam accedimus. Et quidem primò a
ea quæ aguntur in theſibus 3.4.5. & 6. Hîc i
theſi quinta autoritatem Auguſtini non ad
Pag. 12. miſi. Quid contrà adverſarius? *Diſtrahis*, in
quit, *ea quæ maximè conjuncta ſunt. Neq; enim Au
guſtini teſtimonium à clariſſimo viro affertur pr
ſingulari argumento, ſed illud ipſum argumentu
ſubjectâ ratione confirmavit*. Reſp. Bene, in
quam; hanc igitur rationem nunc diſpicia
mus. Eſt autem ea quæ ſyllogiſticè compre
Pag. 13. henſa eſt theſi 5. & ad quam à nobis eſt re
ſponſum theſi 6. ubi negavimus connexu
hujus propoſitionis: *Si ſine fide nullum Sacra
mentum accipitur, ſequitur hypocritam baptiza
tum, ubi reſipuerit, rebaptizandum eſſe*. Reſpon
det adverſarius, connexum eſſe firmum, &
facilè probari hoc modo:

Qui non eſt baptizatus, ille eſt baptizan
dus.

Cu

Cui in nomine SS. Trinitatis affuſa eſt a-
qua in infidelitate & hypocriſi, ille non
eſt baptizatus.

Ergo cui in nomine SS. Trinitatis affuſa
eſt aqua in infidelitate & hypocriſi, eſt
baptizandus.

Propoſitionem probat: *Aliàs enim,* inquit,
potest introire in regnum Dei, Joh.3.v.5. Re-
ndeo dupliciter, 1. probationem hanc eſ-
lienam, quia dicto loco non agitur de Ba-
ſmo, ſed de regeneratione quæ fit per Spi-
um S. ſine quâ introitus in regnum cœlo-
n homini eſt impoſſibilis. 2. Propoſitio
logiſmi univerſaliter & ſimpliciter non
vera, ſed duntaxat de iis intelligenda, de
ibus conſtat, vel ex Chriſtianâ charitate
ratur, quòd ſint in federe Dei, quod cum
rahamo & omnibus credentibus Deus
pigit. Impius enim error eſt putare, omnes
n baptizatos quicunque ſint, ſive in cre-
ntium numero ſint, ſive extra eum, ad ba-
iſmum eſſe admittendos. Sic enim Sacra-
entum hoc profanaretur, & porcis objice-
ntur margaritæ. Deinde nego aſſumptio-
em, ſed adverſarius eam probat: *Baptiſmus*
im, inquit, *Sacramentum eſt. At Sacramentum*
n eſt, ubi eſt infidelitas, ſi fides ſit eſſentia Sacra-
enti. Reſpond. Non eſt quod hîc multum
eſudem in reſpondendo; præſtat hoc theſis
oſtra quinta & aliæ plures. Committitur

elenchus à dicto secundùm quid ad dictu
simpliciter. Ubi est infidelitas, ibi non est S
cramentum, scilicet κατά τι, nempe respectu i
fidelis; est verò Sacramentum respectu in
tutionis, oblationis, & dispensationis, siq
dem hoc modo semper manet conditio fid
Etiam hypocritæ administratur Sacrame
tum sub conditione fidei & legitimi usus, l
dum hypocrita illud accipit sine fide & in u
illegitimo, jam à parte hypocritę cessat co
ditio essentialis, ideoque quod ipsi offert
verum Sacramentum, imò quod accipit v
rum Sacramentum respectu Dei instituen
& per ministrum dispensantis, ipsi non
Sacramentū. Pergit adversarius impugn
re meam rationem, qua propositionis co
nexum refutavi in thesi sextâ. Impugnat a
tem tribus modis. 1. dicit, me petere τὸ ἐν
χῇ. Siquidem hoc sit quod cum suis neg
*hypocritæ baptizato, quamdiu hypocrita est, co
tum baptismum non esse Sacramentum.* Resp. H
vero est absurdissimum. Quid enim est alic
Sacramentum esse? nimirum alicui obsign
re promissionem Evangelii de remissio
peccatorum propter satisfactionem Chri
Hóccine dici potest respectu impiorum
hypocritarum? Possúntne beneficia ob
gnari iis ad quos non pertinent? Disting
quæso inter Sacramentum esse vi institut
nis, & inter Sacramentum esse alicui. Si b

nu

aliquod mihi datum literis confirma-
: sigillo obsignatur, quid hoc ad te? Ob-
tio quidem est, sed non tibi. Sacramen-
stituta sunt non cuivis, sed duntaxat iis
os promissio pertinet. Promissio perti-
on ad incredulos, quia promissio habet
am fidei conditionem, sed ad solos cre-
es. Ergò ἀναντιῤῥήτως sequitur, Sacra-
ta non pertinere ad incredulos, ac pro-
Sacramentum infideli non esse Sacra-
tum. Si baptismus Simonis Magi, qui
ectu administrationis verus fuit bapti-
s, ipsi Simoni Mago fuisset Sacramen-
, Simoni mago fuisset obsignata promis-
gratiæ. Sed quî potuit obsignari ei qui
missionem illam contemnebat & respue-
? Quomodo tibi obsignabitur benefici-
quod non agnoscis & quod ad te non
ctat? 2. Dicit, me niti falsâ hypothesi, Pag. 14.
òd Sacramentum totum suum esse habeat
relatione. *Sacramentum*, inquit, *est etiam*
olutè considerandum, nempe prout est actio vel
us à Deo institutus. Respondeo: Non ne-
mus Sacramenta esse actiones & ritus à
eo institutos, imò hoc maximè urgemus,
impensè nobis placet, quòd Sacramenta
biscum vocas ritus à Deo institutos. Sed
llam video consecutionis rationem: Si Sa-
amentum est actio & ritus à Deo institu-
s: Ergo Sacramentum est considerandum

ἁπλῶς & absolutè. Quasi verò in nullan ctionem caderet relatio. Actionis vocal lum agnoscimus, sed quatenus ei adhæ σχέσις, qua ab actione externâ & in oculos currente deducimur ad actionem intern spiritualem. Vides ergo fundamenti tui bricitatem. Aspersio aquæ in baptismo es ctio, sed relativa & mystica. Malè igitur concludis pag.14. Calviniani (sic tu nos v cas) Sacramentum definiunt per actione Ergo Sacramentum considerant ut ens a solutum. Quare testimonia nostrorum Th ologorum, quæ adversus me profers, m sunt emolumento, tibi detrimento, & manet sententia firma hæc: Sacrament totum suum esse habet in relatione. Qu circa ubi relatio cessat, cessat Sacramentu cessat autem relatio, si non sumitur juxta i stitutionem: hypocritæ non sumunt ju institutionem. Ergo &c. Quid nunc vis a
Pag.15. plius? 3. *Tertiò,* inquis, *respondeo: Receptiv non recipere per modum imprimentis, sed per mod receptivitatis suæ. Sacramentum ex institutione vinâ est actio sacra, per quam Deus vult hom conferre gratiam. At propter receptivi, nempe h minis, malitiam ille effectus in multis non conseq tur. Sicut & annunciatio Evangelii ad hoc divino consilio ordinata est, ut per eam fides co cipiatur. Roman. 10. & 1. At quia semen illud vini verbi hîc supra petram, hîc inter spinas &*

sen

...itur, hoc est, quia corda hominum diversa ...hinc Evangelium quibusdam est odor mortis ...rtem. Et nihilominus tamen Evangelium ma... ...vangelium. Ita etiam Sacramentum manet ...mentum salutare & testimonium gratiæ, etsi ... vel illo non sit æquè efficax. Respond. Mi...r aliquis quid sibi velit hoc in loco il... Scaligeranum ἀξίωμα de modo impri...tis & receptivitatis. Quæstio est, an, ...d Deus instituit Sacramentum, etiam ...io sit Sacramentum? nos negamus, ad...ſarius affirmat. Negationis ratio est, quia ...io non potest obsignari promissio gra... utpote solis credentibus facta vi condi...nis fidei. Regerit adversarius, Deum per ...ramentum velle conferre incredulo su... gratiam, sed quia incredulus non est re...ptivus, ideò gratiam ab ipso non recipi. ...c sanè sunt tam absurda ut nihil suprà, ...uòd dicit Deum per Sacramenta conferre ...tiam, quum Sacramenta gratiam colla...n in piorum cordibus confirment & ob...nent. 2. quòd dicit Deum velle quidem ...credulo gratiam conferre, sed incredulum ...on esse δεκτικὸν, unde consequitur, Deum ...strari suâ voluntate, fine & scopo, quod ...pium est de Deo cogitare. Quicquid enim ...eus vult, id pro suâ omnipotentia efficit; ...c potest hominis impii malitia Dei volun...tem facere irritam. Quòd autem Deus

gratiam ſuam etiam impiis in verbo &
cramentis offert, nec tamen dat, ideo fa
ut illi reddantur ἀναπολόγητοι. Sed lubet
duriuſculè ulcus adverſarii tangere. H
ita diſputat, ut ſuam opinionem de arc
Sacramentorum vi ex opere operato (
ba quidem hæc odit, interim rem ip
non negat) venditet, & ut ſubſtantialem
nionem ſigni & rei ſignatæ in Sacram
to aliis obtrudat. Sed incaſſum labo
Quin primò demonſtrat, Sacramenta co
ferre gratiam; deinde probat, quare gratia
credulis collata non ſit efficax. Compara
quam inſtituit inter annunciationem Ev
gelii & oblationem Sacramentorum, adv
ſarii ſententiam evertit. Nam Evangeli
annunciatur quidem etiam impiis & inc
dulis, ſed hi præter externum ſonum vel e
am nudam myſterii intelligentiam adde
πρoσκαίροις guſtum aliquem temporari
bonitatis Dei in Chriſto, nihil accipiunt, r
Evangelii reſpuunt & à ſe abjiciunt. Si
Sacramentorum adminiſtratione incred
præter externa elementa vel etiam rei int
ligentiam nihil percipiunt, quia res cœle
ab ipſis ſpernitur, utpote fide deſtitutis.
hoc eſt quòd Auguſtanę confeſſionis apol
gia paſſim inculcat, infideles & hypocri
eſſe membra Eccleſiæ tantùm quod ad ſig
externa attinet: & ſicut verbum non acc

ptu

n fide, eſt inanis ſonitus, ſic & Sacra-
ta ſine fide accepta eſſe ocioſam cere-
iam & inane ſpectaculum. Agnoſci-
g igitur quod dicis, Evangelium impiis
icatum manere Evangelium, ſcilicet in
r ſe, reſpectu annunciantis, ſed incredu-
on poteſt eſſe Evangelium; quia dum
conditione fidei annunciat remiſſionem
atorum, fides autem in incredulo non
emiſſio peccatorum ad ipſum non perti-
Nec enim fruſtrâ Paulus Evangelium
nit potentiam ad ſalutem *omni credenti*;
o non credenti non eſt talis potentia, id-
ue nec Evangelium. Idem judicium eſto
Sacramentis. Objicis mihi verba Calvi-
libr. 4. Inſtit. Theol. c. 14. num. 7. quæ ſunt:
*ſatis appoſitè ratiocinantur, dum ex eo conten-
t, Sacramenta non eſſe teſtimonia gratiæ Dei,
impiis quoque porriguntur, qui tamen De-
nihilo magis ſibi propitium inde ſentiunt, ſed
viorem potiùs damnationem contrahunt. Nam
em argumento nec Evangelium eſſet teſtimoni-
gratiæ Dei, quod à multis auditur & ſpernitur;
Chriſtus demum ipſe qui à compluribus viſus &
nitus, quorum pauciſſimi eum receperunt.* Reſp.
rè & admodum appoſitè locutus eſt Dn.
lvinus. Hoc enim vult, ordinationem Dei
opter incredulorum ἀπιςίαν κ) ἀπείθειαν
on fieri irritam. Sacramentum impio por-
ctum, eſt verum Sacramentum. Hoc eſt, te-

ſtimonium gratiæ: ſi reſpicias ad Dei ordi-
tionem; ſed ab incredulo hoc modo non
cipitur. Panis pauperi datus eſt eleemoſ
reſpectu dantis, etiamſi à paupere repu
tur, cujus reſpectu eleemoſyna non eſt.
heus, bone vir, audi verba Dn. Calvini,
eodem in loco ſequuntur: *Certum eſt*, inq
nobis à Domino miſericordiam ac gratiæ ſuæ pign
ſacro ſuo verbo tum Sacramentis offerri. Verùm
apprehenditur niſi ab his qui verbum & Sacra
ta certâ fide accipiunt: qualiter omnibus in ſal
oblatus à Patre ac propoſitus Chriſtus, non tam
omnibus agnitus exceptusq; eſt. Hæc verba d
bas addidiſſe, ſi candidè agere voluiſſes. I
terea ſatis ineptè & imperitè exagitas
mea verba in theſi 6: *Interim tamen cum h*
Pag. 16. *crita &c.* In quibus verbis ſic concludo: C
Sacramenta vim & efficaciam habent no
ſe, ſed ex inſtituto & promiſſione Dei, i
Sacramenta non ſunt Sacramenta niſi qu
homo credere incipit. Quid tu? *Baculus*
quis, *ſtat in angulo. Ergo bonus dies. Quæ ratio*
ſequentiæ? Evangelium annunciatur ut homines
vertantur. Ergo tum demum Evangelii annunc
eſt annunciatio, quando homines convertuntur
Reſp. De ſarcaſmo tuo ego nunc nihil
am tibi exprobro inſcitiam, quam pro
dum apparet te nondum didiciſſe, quid
quum dicimus, Sacramenta habere vim
Dei inſtitutione. Quæ eſt illa Dei inſtitu

cet ex fine agnoscenda est, quia est, ut pii
redentes in fide de promissione gratię
firmentur; hæc confirmandi vis est ex illa
ordinatione. Jam ubi fides nulla est, ejus
firmatio locum habet nullum, ac proin-
ihil rationem Sacramenti habere potest;
i verò fide, ejus quoque confirmatio esse
est. Simile tuum ab annunciatione Evan-
i desumptum nimis dissimiliter propo-
Corrigendum igitur in hunc modum:
angelium annunciatur, ut homines con-
tantur. Ergo Evangelium non nisi illis
minibus qui convertuntur, est Evangeli-
, reliquis est odor mortis ad mortem. Ex-
plum hominis & laboris te facit labori-
m & ridiculum. Aggrederis demum hæc
ima verba: *Quocirca si recordatus fuerit hypo-
a &c.* Et quidẽ dicis 1. me omnia hæc dice- *Pag. 17.*
nihil probare. 2. te quomodo baptismi ite-
io necessariò sequatur, ante demonstrâsse.
go verò respondeo, te omnia hæc temere
utire. Judicium permitto lectori. 3. reli-
a seipsa tollere, videlicet 1. quòd homo
beat recordari baptismi; 2. quem olim ju-
a institutionem Christi acceperit. 3. quòd
de debeat petere consolationem. Hæc tria
pugnas ordine inverso. Tertium hoc mo-
: *Si à baptismo in hypocrisi accepto hypocrita con-
rsus potest petere consolationem, petet eam ab
o, vel quia ille baptismus est nuda ceremonia, vel*

quia est Sacramentum. Non prius. Ergo posterius, *per consequens planum est, ipsum asserere, Sacrame* *tum esse ubi non est fides, quod est contra ipsius aff* *mationem.* Resp. Ex præcedentibus respon est manifesta, baptismum olim in hypocr acceptum, respectu ordinationis divinę & a ministrationis verum fuisse baptismum, lic tum ipsi hypocritæ verus baptismus n fuerit. Quapropter hypocrita conversus, i secum cogitare potest: Tum temporis adm nistratus mihi fuit verus baptismus secu dùm institutionem Christi, cujus fructum go jam primùm sentio, ac proinde gaude Nonne homo qui millies in gravissima pe cata præceps ruit, semper recordari potest baptismi olim semel accepti? quidni & h

Pag. 18. pocrita? Secundum hoc modo: *Baptismus*, i quit, *qui in infidelitate accipitur juxta institutio* *Christi &c.* Resp. Verba mea hîc torquētur alienum sensum. Quum.n. thesi 6. dico, h pocritam olim baptismnm juxta institutio Christi accepisse, sensus hic est: Baptism quem olim hypocrita accepit, fuit baptism secundùm institutionē Christi. Nempe qu ad administrationē; hic sensus apparet ex ci cumstantia textus & scopi. Primùm hoc m do: *Si hypocrita debet recordari baptismi olim secu* *dùm institutionē accepti: Ergo baptismus jam ant* *ei verè collatus est, & non nunc demum incipit* *præsenti esse baptismus.* Resp. Jam responsum s

t

n secundo membro. Non incipit esse Sa-
mentum ratione Dei instituentis, in-
t esse ratione utentis. Quemadmodum
Solis non tum demum incipit esse lux,
ndo à cæco jam sanato videtur, sed ta-
n cæco incipit lux esse.

Contra theses 7. & 8.

Adversarius hîc negat fallaciam ἑτεροζητή- Pag. 19.
; committi: & ut habeat quod regerat,
ogismum aliter informat, blaterans ne-
quid de syllogismis crypticis & manife-
Informat autem hoc modo:

*Quicquid pertinet ad rei essentiam, est vel mate-
ria vel forma.*

Fides neq; materia neq; forma Sacramenti est.

Ergo fides non pertinet ad essentiam Sacramenti.

Resp. Lector inspiciat ipsum schediasma,
videbit me in thesi 7. verum posuisse syllo-
imũ. Sed ad rem. Sub formâ conditionem
entialem simul comprehendimus, ideoq;
pondemus ad assumptionem, esse eam fal-
n, siquidem fides ad Sacramenti formam
rtinet, tamquã essentialis conditio. Sed de
c re supra egim⁹. Dixi in thesi octava, quæ- Pag. 20.
onem controversam hanc esse, quòd sum-
â de necessitate fides requiratur, ut aliquid
cui sit Sacramentum. Contra hæc verba ad-
ersarius metaphysicè multa disputat de vo-
NECESSE, unde dicatur, utrum de essentiâ,

an verò exiſtentiâ Sacramẽti hîc accipiatu
Scilicet charta fuit complenda. Ego expreſ
& ſine fuco dico, fidem neceſſariò pertine
ad eſſentiam Sacramenti, tanquam eſſenti
lem conditionem. Regeris: Si hoc dicis, *tu*
te judice cauſſâ cecidiſti. Hoc enim negas, dicens,
dem non ingredi eſſentiam Sacramenti. Reſp. F
ſum eſt. Hoc enim dixi, fidem non ingre
eſſentiam ejus rei quæ Sacramentum voc
tur, v.g. fides non eſt in Baptiſmo, neque in
qua baptiſmi, ſcilicet quatenus eſt externa
ctio & externum ſymbolum; interim tam
ut externa illa actio alicui repræſentet & o
ſignet actionem interiorem Spiritus S. qu
eſt teſtificatio de ablutione peccatorum n
ſtrorum, omnino neceſſe eſt ut homo fi
præditus ſit, ſine quâ teſtificatio talis e
nullo modo poteſt. Valeat igitur adverſari
cum ſuperfluâ ſuâ diſtinctione inter eſſe
tiam & exiſtentiam; & quo ſenſu fidem
eſſentiam Sacramenti pertinere dicamus,
Pag. 21. theſi 8. pernoſcat. Quòd porrò dicit, in
ptam eſſe hanc rationem: Fides ad eſſentia
Sacramenti pertinet, quia homini nulla fi
prædito nihil obſignat, quia Sacramentu
eſt ἐκ τῶν πρός τι; certè ineptum ſeſe declara
quia tota Sacramenti eſſentia, quanta qua
ta eſt, in declarando & obſignando conſiſti
quòd ſi adverſarius negat, veram doctrina
de Sacramentis peſſimè pervertit & deprava

Ador

...ritur etiam limitis exemplum à me posi- Pag.22.
... *Hîc*, inquit, *absurdum est dicere, intelligenti-*
... vel cognitionem nostram pertinere ad essentiam
...tis. Et paulò pòst. *Quòd si limes non est limes*
... quam tu intelligis, adeoq; jam tua intelligentia
...inet ad essentiam limitis, tum vel tua intelligen-
... lapidea, vel limitis essentia humana est. Resp.
...ve delirium, quæso risum teneatis amici,
...at mihi ita more Ubiquistico respondere.
...ud est esse relativum, & esse alicui relati-
...n. Concedo limitem esse limitem respe-
... instituentis, licèt ego non intelligam.
... respectu Dei instituentis, Sacramentum
...per est Sacramentum, licèt hoc neq; ego
...; tu intelligamus. Sed hoc scire ex te ve-
..., an limes tibi limes esse possit, antequam
...item esse intelligis? an Cœna Domini tibi
...ramentum esse possit nullâ fide in Chri-
...m prędito? Negas etiam in universum, ve-
...esse quod dixi, Sacramentum esse ἐκ τῶν πρός
...1. qa Sacramentum est signũ ratione finis,
... quod respondimus thesi 14. 2. quia signũ
...n dicitur essentialiter de Sacramento, si-
...idem Sacramentum est actio; sed etiam a-
...onem signum esse posse, suprà ad pag. 14.
...monstravimus. Putas etiam te rem ma-
...am præstitisse, quum ex Dn. Bezâ (loco
...on citato) addis, quòd forma Sacramenti
...nsistat in actione. En verba Dn. Bezæ
...æst. 3. de re Sacramentaria: Caussa for-

malis Sacramentorum eſt ordinatio Dei
ipſius verbo comprehenſa,& ab ipſius mini
ſtro explicata ſecundùm ejus mandatu
Quid porrò? Eludis hæc mea verba: Rel
torum forma eſt in ordinatione relati ad co
relatum, quæ non niſi intelligenti talis e
Falſum eſt, inquis, *an tu non habes eſſentiam re
tivam,ſi maximè ego non id ſciam?* Ad hoc *ἀν*
πίπτον jam eſt reſponſum in exemplo limit

Contra theſes 9 & 10.

Pag. 23. Hîc adverſarius obtinere vult, ſyllo
ſmum in theſi nonâ poſitum directè conc
dere contra theſin: *Quod ſi*, inquit, *fides n
pertinet ad eſſentiam Sacramenti ut materia, pe
nebit utiq; tanquam forma; & quia forma eſt eſſ
tia pars potiſſima, ut ipſa forma rei eſſentia dica
ideo qui concludit, Sacramenti eſſentiam non eſſe
dem, concludit, maximè fidem non eſſe formam
cramenti.* Reſpond. omnia falſa. Nam 1. co
mittitur fallacia περὶ τὸ ἐλλειπὲς τῆς διαιρέ
ως. Sic enim axioma fuiſſet informandu
Si fides non pertinet ad eſſentiam Sacram
ti, ut materia, pertinebit utique vel tanqu
pars materiæ, vel tanquam forma, vel de
que tanquam pars formæ. Priora duo n
Ergo poſtremum. Dicimus enim ex ve
Dei, fidem eſſe conditionem eſſentialem
federis ipſius gratuiti, ita quoque ſigillor
ad fedus appenſorum. Conditio autem
ſentialis pacti licèt non ſit plenaria for

pa

i, tamen pars ejus eſt,& omnino ad for-
n pertinet. 2. malè ſic concludit: Quia
ma eſt potiſſima pars eſſentiæ,ideo forma
ſſentia: vel: Sacramenti eſſentia non eſt
s. Ergo fides non pertinet ad formam
ramenti. Perinde enim eſt ac ſi ſic con-
derem: Hominis eſſentia non eſt ratio-
itas. Ergo rationale non pertinet ad for-
m hominis. 3. Cur adverſarius eodem mo-
non reſpondit ad ſyllogiſmum theſeos ſe-
mæ, ubi eadem eſt concluſio? Pergit colli- *Pag.* 24.
e ex hiſce meis verbis: Fidem Sacramenti
ntiam vel formam integram nõ facimus:
o, inquit, *nec ad eſſentiam Sacramenti pertinet.*
ſp. Inepta reſponſio eſt ex ineptâ hac pro-
ſitione: Quod non eſt rei eſſentia, id non
rtinet ad eſſentiam. Poteſt aliquid pertine-
ad eſſentiam, quod eſſentia non eſt. Et quę
c eſt ἀδολεσχία: Eſſentia pertinet ad eſſenti-
n. Progreditur deniq; ulteriùs ad id quod
xi, fidem eſſe partem formæ, & neceſſariũ
quiſitum ei qui ſymbolum externum tanq̃
cramentum accipere vult. Tria autem re-
ondet: 1. *Non exaggerabo*, inquit, *locutionem:*
rs formæ. Reſp. Fortaſſis homo alludit ad
hiloſophorũ θεώρημα: Forma eſt ἀμέρεις.
Ioc ſanè verũ agnoſcimus de formâ ſpecifi-
â ſubſtantię. Contingit a. ſępiùs, ut ad formę
onſtitutionẽ plura ſint coacervanda, in qui-
us conjunctis forma conſiſtit, id ꝙ in acci-

dentibus frequens eſt, ut quando in pacto a-
liquo plures concurrunt cõditiones. Nihil er-
go nunc dicam de eo quod P. Ramus monet
lib. 1. Dial. cap. 30. de parte formæ. *2. Sive ſit in-*
tegra forma, ſive pars formæ Sacramenti, conſequi-
tur nihilominus, eſſe fidem in Sacramento. At e-
antea audivimus, abſurdum eſſe dicere, fidem eſſe in
eâ re quæ dicitur Sacramentum. Ergo & abſurdum
eſt, fidem eſſe partem Sacramenti. Reſp. Quem-
admodum fides eſt in Evangelio ſive ver-
gratiæ, ita quoque eſt in Sacramento; illic au-
tem eſt non eo ſenſu, quòd Evangelium c-
dat, ſed quia Evangelium fidei condition-
ſemper habet annexam, adeò, ut nemini
vangelium eſſe poſſit niſi credenti; eadem
ratio fidei in Sacramento. Quòd autem di-
abſurdum eſſe, dicere, fidem eſſe in eâ re q-
dicitur Sacramentum, ideò factum eſt,
quis putet, me fidem tribuere Sacramen-
tanquam homini credenti, videlicet ſub-
ctivè, ſic enim in ſumente eſt. Quare Syl-
giſmus iſte laborat vitio quatuor termino-
nam aliud eſt eſſe in Sacramento, aliud e-
in eâ re quæ dicitur Sacramentum. Fides e-
in Sacramento, ut pars formalis in ſuo to-
Non autem eſt in eâ re quæ dicitur Sacra-
mentum, videlicet ut adjunctum inhære-
in ſubjecto recipiente. Nec dubito quin ad-
verſarius hanc meam mentem abundè ſa-
perceperit, modò deſinat contra conſcie-
tia-

veritati reluctari. 3. *Veram Sacramenti* *um in hac thesi 10. dicis consistere in divinâ ordi-* *ne signi ad signatum. Si ergo fides est pars for-* *cramenti, tum erit pars divinæ ordinationis si-* *l signatum. At quis dicat, fidem sumentis esse in* *atione? In sumente est.* Respondeo brevi- fides sumentis est in sumente, ut subje- est etiam in divinâ illâ ordinatione, tan- m pars in toto, videlicet tanquam ordi- , præscripta & requisita essentialis con- o, quâ sumens ordinationem illam a- scit eâque rectè & legitimè utitur. Tolle mente fidem, & ex animo ejus abstulisti inationem signi ad signatum, ideoque & ramentum ipsum. Addis: *Quanquam neq;* *a Sacramenti forma illa est quam posuit disputa-* *sed actio secundùm institutionem cujusq; Sacra-* *nti sacra.* Respond. Adversarius incautus psum decipit. Actionem esse sacram, & or- natum esse ad aliquid, sese non evertunt, od antagonista falsò sibi persuadet. Velim tem hîc adversarius sua ipsius verba probè servet. Dicit actionem sacram *secundùm in-* *tutionem*; rectè. Sed quæ est illa institutio? certè ex verbis institutionis satis constat, quibus semper nobis fidei conditio pro- onitur: ut, Qui crediderit & baptizatus fu- rit, salvus erit. Et quis dixerit, quum in no- nen Patris, Filii & Spiritus S. jubemur ba- tizari, prorsus nullam ibi fieri mentionem

fidei? Nec in institutione S. Cœnæ simpli-
ter dicitur: Hoc est corpus meum. Sed ad-
tur: Quod pro vobis datur. quæ verba, ut re-
D. Lutherus exponit in Catech. postul-
corda credentia. Atq; hoc est, quod vult I-
Beza, quem adversarius contra sese alleg-
quum dicit, in q. 36. de Sacr. Sacramentor-
formam esse illam ipsam actionem extern-
legitimè observatam, itemq; actionem S-
ritus S. internam; dum dicit *legitimè obser-
tam*, duo indicantur, videlicet legitima ad-
nistratio & legitimus usus, qui sine fide
non potest; & quum meminit internæ acti-
nis Spiritus S. signatum indicatur, ad qu-
Pag. 25. signum est ordinatum. Quod ad finem ad-
fidem esse necessariam accipienti Sacram-
tum, non simpliciter, sed ad bene esse ill-
acceptionis, falsum est: ut ex præcedenti-
liquidissimè constat.

Contra theses 11. & 12.

Pro confutatione assumptionis in thes-
11. syllogismo dixi, omnino necesse esse
in definitione Sacramenti ponatur fides, s-
hoc fiat expressè sive implicitè. Quid con-
hoc adversarius? Distinguit inter definiti-
nem essentialem & caussalem; respectu illi-
negat opus esse fide, respectu hujus, conce-
Ego verò luculentissimè ostendi, fidem pe-
tinere ad essentialem definitionem Sacra-
menti, quia hujus est essentialis conditio,

qu-

Sacramentum est ἐκ τῶν πρός τι, quorum
inus essentialis est; fidem autem Sacra-
corum terminum esse demonstravi the-
. Sed contra hoc excipit adversarius, *Pag. 26.*
meam thesin seu conclusionem non
i ex præmissis. *Nam, inquit, quis dicat, de es-*
a relationis esse subjectum, quod est extra essen-
sui adjuncti? Sed nec relatum, nec correlatum,
undamentum, nec terminus possunt venire ad
definitionem, quâ definitur aliqua relatio essen-
ter, hoc est, per caussas essentiales, quæ ejus consti-
onem ingrediuntur. Resp. In definitionibus
lta non ponuntur expresè, quæ tamen
n possunt non subintelligi, siquidem ne-
sariò ex positis eliciuntur. Apparet hoc in
initione relationis. Placet enim exemplũ
c retinere. Relatio definitur accidens, se-
ndùm quod unum ens refertur ad alterũ;
fit mentio subjecti quod dicitur ens. 2. re-
i in voce *refertur.* 3. correlati in voce *alterũ,*
ndamentum & terminus subaudiuntur;
ndamentum est relationis caussa efficiens;
rminus est finis propter quem relatio in
bjectum est introducta. Hæc duo summâ
e necessitate ad relationis naturam & con-
itutionem requiruntur, æquè ac tria priora.
Nec obstat, quòd efficiens & finis dicuntur
aussæ externæ; siquidem accidentium defi-
itiones aliter informantur quàm substanti-
rum, quâ de re videatur libellus eruditissi-

mus Dn. Goclenii de definitionibus, & ca-
nones Keckermanniani de modo defini-
Quod pro secundo dicis, in argumento n-
esse quatuor terminos, falsum est; ex rela-
ne enim ostendere volui, quæ ad conside-
tionem relati pertineant. In relatione qui-
occurrunt conditiones essentiales; ergo
iisdem tota relati natura consideratur & ex-
plicatur, nec tamen inde sequitur confu-
relati & relationis, ut tu putas. *Pater*, inq-
definitur persona habens filium; filius persona ha-
patrem. Hîc non audio mentionē fieri illorum om-
um quæ tu requiris. Resp. Si hæc definitio pa-
bona est, etiam mater erit pater; & ex defi-
tione filii etiam filia erit filius. Sed mi-
hoc. Si rectè definivisses, audivisses ea om-
quæ requiruntur. Quod igitur non audis a-
ribus corporis, audi auribus mentis. Exp-
mitur subjectum, relatum & correlatu-
cum quibus implicantur fundamentum
terminus. Fundamentum quum dicit-
qualis persona sit, ubi tacitè indicatur act-
generatio respectu patris, & passiva respe-
filii; de termino idem judica. Denique elu-
hanc meam ratiocinationem: Sacramenta
Christum deducunt. Ergo sine fidei men-
Pag. 27. one non sunt definienda. Quid tu? *Proposi-*
inquis, *nulla est. Lex nos deducit ad Christum; i-*
n. vocatur pædagogus ad Christum. Galat. 3. v.
At absurdè definiet legem qui eam per fidem defin-

pastores deducunt ad Christum, ergóne & illis *ialiter convenit fides? &c.* Conatur adver-s elidere hanc propositionē: Quæcunq; trina deducit ad Christum, ea non potest fidei mentione proponi, 1. exemplo Legis est pædagogus ad Christum. Respon-nus, Apostoli dictum esse intelligendum ege ceremoniali, non morali. Lex autem monialis sine fide in venturum Messi-nequaquam fuit, sive respicias ad ordina-nem Dei, sive ad legitimum usum Judæo-n. Præcipuus usus legum ceremonialium , ut populus Judaicus in fide in promis- Messiam & erudiretur & confirmare- Quis non videt legem ceremonialem tulâsse fidem? Sine eâ fuisse inanem ri-n, siquidem Christum ejusq; beneficia ad-brabat? Qui victimam facit perinde est i canem cæderet. quid ita? quia sine fi-erant illi Judæi de quibus Propheta lo-itur, ut testabatur scelerata vita. Vide O- 6. v. 6. Exemplum de pastoribus non ùm ineptum, sed etiam ridiculum est. iod enim doctrinæ erat tribuendum id personæ tribuis. Nec n. pastor, quatenus mo est, ad Christum deducit, sed quate-s doctrinam Euangelii rectè proponit & ponit.

Contra theses 13 & 14.

Hîc contra theseos decimæquartæ prima

verba ſic excipit adverſarius: *Si,inquit, p*
poſitio non eſt univerſalis, ſolvat illius proba
nem quæ generalis eſt, ut conveniat non tan
fini ſubſtantiarum, ſed etiam accidentium. R
Hoc verò eſt nihil reſpondere. Probatio
generalis eſt hæc: Finis n. eſt cauſſa prop
quam q d eſt; non põt finis eſſe pars rei. Q
tum? In accidentium definitionibus, ut
bituum, relationum &c. ad genus ſæpe ad
cimus vel finem, vel efficientem, vel ſub
ctum, vel objectũ, ad ſupplendam notion
diſtinctionis vel differentię. De fine extat
cus Ariſt. 2. Phyſ. 2. & 1. OEcon. cap. 1. ἡ δὲ
σις τὸ τέλος, cujus unumquodq; gratiâ eſt
lius natura eſt. De efficiente paſſim mo
Ariſt. quum dicit, Scire eſſe rem per cauſ
cognoſcere. intelligit. n. potiſſimùm accid
tiũ notitiã. De ſubjecto nullũ eſt dubiũ. I
quod. n. accidentia ſunt, per id etiã definiu
tur, unde accidentia dicũtur definiri ἐκ πρ
θέσεως nempe additione ſubjecti. Habitus
fine & objecto definiuntur, ut docet Ar
lib. 2. Ethic. c. 3. Deinde jubet me transig
re cum Dn. Goclenio, qui dicat finem nu
quam eſſe de rei eſſentiâ, niſi quando cu
formâ idem eſt. Reſp. Dn. Goclenius non
pus habet me defenſore. Satis ſeipſum def
dere poteſt, modò velit. (nec. n. ſuas char
veſtris dignatur nominibus) Quòd hacten
tacet, procul dubio ſuas habet rationes. E
h

go, quantum possum, ut nostræ juven-
er vestras sophisticationes ne impona-
ertiò reprehendit quod dixi, ad relatio-
onstitutionem requiri quinque *αἰτήμα-*
s. n. inquit, *dicat, relatum & correlatum in-*
essentiam relationis, quum contrarium potiùs
t relatio pertineat ad relatum & correlatum,
nus talia sunt. Respond. Ex triviis hoc ar-
m est. Nulla est pugna. Relatio perti-
d relatum & correlatum, utpote in qui-
xistit. Deinde ut relatio aliqua in rebus
r, necessariò requiruntur illa *αἰτήματα* in
14. enumerata. Quartò jubet me memi-
Sacramentum secundariò tantùm esse *Pag. 29.*
latione &c. Resp. Imò, memineris tu,
menti vocem impropriè sumi pro re
nâ & cœlesti simul, ut in superioribus
onstravimus, propriè verò pro signo &
o justitiæ fidei. Ultimo loco dicit me
ere meam ignorantiam in hisce verbis:
ionis esse omne est σχετικὸν, ideoq; fides pertinet
Sacramenti. Resp. Est hæc manifesta ca-
nia, quam adversarius assuit. Cupio hanc
nam ratiocinationem in meis thesibus
ostendi. Sed sic imponitur incautis &
mniandi libido proditur.

Contra theses 15. & 16.

contra primam nostram responsionem
nesi 16. ubi dicimus, Sacramenta minùs
modè & impropriè dici fidem Dei, sic

excipit adversarius: *Assumptio*, inquit, *ita a[...] mit terminum* (FIDES DEI) *sicut & propo[...] erat in propositione. Non est ergo ut eam acc[...] Nam in propositione fides Dei nihil aliud signifi[...] quàm promissionem gratiæ vel ordinationem [...] nam &c. sicut exponunt interpretes. At Sacram[...]*
Pag. 30. *certè sunt ordinationes divinæ &c.* Respond. [...] serè sese hîc torquet adversarius respond[...] do, nec tamen efficit quicquam. Dicit, fid[...] Dei in propositione significare promi[...] nem gratiæ; accipimus hoc. Sed quid [...] de assumptione? dicétne, Sacramenta p[...] priè loquendo esse ipsam promissionem g[...] tiæ? Si hoc dicit, falsum dicit. Non sunt [...] promissio, sed promissionis sigilla, Rom. [...] 11. Contra alteram nostram responsion[...] qua syllogismum thesin nostram non im[...] gnare asserimus, sic infert:

Si incredulitas hominum non facit irritam D[...] dem, hoc est, non tollit promissionem vel [...] nationem divinam; ergo neque fides nostra [...] cit eam ratam, vel facit ordinationem [...] nam.

Sed priùs est ex concessione disputatoris. Erg[...] posteriùs. Jam pergit:

Si fides non facit divinam ordinationem, q[...] est Sacramentum, utique non pertinere p[...] ad illius essentiam.

Resp. 1. confunduntur hæ phrases: pro[...] sio gratiæ, ordinatio divina & Sacrament[...]

Sa[...]

mentum rectè dicitur ordinatio divina:
oprié promiſſio gratiæ. Obſcurè dicitur
iſſio gratiæ ordinatio divina. Sed ad rem.
de falsò pro æquipollentibus ponuntur
iſtæ ſententiæ: Fides ordinationem di-
m facit ratam, & fides facit ordinatio-
divinam. Itaque nulla eſt connexio in
enunciato: Si incredulitas hominum or-
tionem divinam non facit irritam; ergo
ordinationem divinam non facit. Pro
conſequente deducendum erat iſtud: Er-
des ordinationẽ divinã non facit ratam.
ſic aberrabitur à quæſtione. Porrò etſi
s noſtra non facit Sacramentum, ſcilicet
auſa efficiens, ſic enim ſolus Deus ſuâ in-
tione Sacramenta facit; facit tamen ut
formæ, ſine qua Sacramentum definiri
potest. Sic fides noſtra non facit ut ver-
n Dei ſit verbum Dei, & incredulitas no-
non facit, ut verbum Dei non ſit verbum
i; interim tamen neceſſaria eſt fides ad ac-
iendam remiſſionem peccatorum verbo
i promiſſam. Sic igitur teneat adverſarius:
des noſtra non facit ratam Dei promiſſio-
m, ſiquidem à noſtra fide nihil confertur,
de Dei promiſſiones certiores eſſent; ſed
ia Dei promiſſiones non ſunt abſolutæ,
l conditionales; & quidem ea, quæ eſt de
miſſione peccatorum, ſub conditione fi-
i, quæ à nobis poſcitur: fit inde, ut ubi fides

non est, ibi promissio quoque nulla sit; i
rim à parte Dei promittentis stat firma pr
missio cum annexâ suâ conditione. Tu
v. irrita fieret promissio hæc de remissio
peccatorum, si ad incredulos quoq; perti
geret, quia violaretur conditio. Jam opin
adversarius intelligit, quomodo fides fac
Sacramentum, scilicet ratione sumentis, q
dum conditionem à Deo postulatam secu
adfert, secundùm Dei institutionem ag
atque ita facit, ut, quod ex ordinatione D
Sacramentum est, etiam sibi Sacramentu
sit. Increduli conditionem violantes & n
gligentes, ab institutione Dei recedunt;
sic quod à Deo Sacramentum est ordin
tum, tanquam rem communem & pro
nam accipiunt, & hoc est quod Aposto
dicit 1. Cor. 11. v. 20. hoc non esse Dominica
cœnam edere. Constat ergo, quomodo fid
pertineat ad essentiam Sacramenti, scilicet
essentialis cōditio, quam institutor ab ute
te exigit. Hæc nostra responsio etiam suffi
argumento secundo adversarii, quod est: S
cramentum manet Sacramentum, hoc est, ordina
divina, etiam ubi est incredulitas hominum. Conc
dimus respectu Dei instituentis. Quare fi
ma manet nostra responsio in thesi 16. syll
gismum adversarii schediastici non imp
gnare thesin nostram.

E QUÆSTIONE POSTERIORE.

Quòd Baptiſmus omnino ſignum vocari debeat. Pag. 31.

ìc adverſarius præmittit quædam de di-
ione inter ſigna σημαντικὰ καὶ μεταδοτικὰ,
â diſtinctione ſibi ipſi eſt contrarius.
enim, ſigna μεταδοτικὰ ſignare quidem,
ſigna ſunt; ſed tamen & dare atq; offer-
ilicet id quod ſignant. & mox pag. 32. Pag. 32.
tat eſſe oppoſitionem. *Opponitur*, inquit,
num (ſcil. σημαντικὸν) μεταδόσει. Reſp. Lu-
m eſt hoc fundamentum: Diſtinguun-
rgo opponuntur. Diſtinctionem video,
ſitionem non video. Quare non agno-
oc: Signum eſt, nec tamen σημαντικὸν eſt.
ſtat enim, etiam ea ſigna quæ ſunt μετα-
ὰ, ſimul eſſe σημαντικὰ, quamvis nõ reci-
è. Nulla igitur conſequentiæ ratio: Sa-
enta ſunt ſigna μεταδοτικὰ, ergo non ση-
κὰ; utrumque enim admittendum eſt,
prius includit poſterius. Falſum eſt igi-
quòd adverſarius hîc oppoſitionem eſſe
, quum ſit duntaxat ſecundũ gradus dif-
ntia, qualis eſt inter genus & ſpeciem.
n ſignũ μεταδοτικὸν ſemper præſupponit
ντικον, id ꝙ indicat generalis appellatio ſi-
Malè igitur concludit adverſarius: Ergo
ddã ſignum nõ eſt σημαντικὸν. quũ ſic con-
lere debuiſſet: Ergo quoddã ſignum non

eſt σημαντικὸν *tantùm.* Omne ſignum eſt σημαντικὸν, ſed preterea quoddam eſt μεταδοτικ[...]
Unum eſt de quo æquus lector mihi eſt p[...]
monendus, nempe τὸ μεταδοτικὸν in doctri[...]
de Sacramentis quodammodo admitti p[...]
ſe, videlicet ſi intelligatur μετάδοσις illa in[...]
na, quæ in vero & legitimo uſu fit per Sp[...]
tum S. Etenim miniſter adminiſtrat quid[...]
ſecundùm inſtitutionem rem terrenam, [...]
rem cæleſtem ſolus Deus exhibet iis qui l[...]
timè ſumunt ſacra ſymbola. Johannes e[...]
baptizabat aquâ, Chriſtus verò ſpiri[...]
Matth.3.ỽ.11. Marc.1.v.8. Quòd ſi verò[...]
μετάδοσιν intelligas talem traditionẽ ſeu[...]
hibitionem, quæ unà cum ſymbolis exte[...]
fiat omnibus ſive legitimè ſive illegitim[...]
tentib᾽, quaſi res cæleſtis ſubſtantialiter [...]
bolis illis affixa adhæreat, tunc τὸ μεταδο[...]
nullo modo admitti debet, ſiquidem ha[...]
tione Sacramentalis unio convertitu[...]
ſubſtantialem vel perſonalem; & quod [...]
ſolius eſt, peſſimè tribuitur creaturis. In[...]
autem poſteriore ſenſu accipit adverſa[...]
quum dicit: *Cæterùm quòd baptiſmus ſit ſig*[...]
μεταδοτικὸν, *facile eſt demonſtratu.* Sed quo[...]
do demonſtrat? Ex ſcripturæ dictis, quæ [...]
ad ſuam ſententiam trahit. *Baptiſmus*, in[...]
ſalvos nos facit, 1.Pet.3.v.21. Reſp. Eſt fallaci[...]
ſtimonii, addit enim Apoſtolus, οὐ σαρκὸς [...]
θεσις ῥύπου, ἀλλὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτ[...]

θεὸν δι' ἀναστάσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. ubi D. Petrus
ationem expreſsè adimit externo bapti-
o, quum dicit: Non quo carnis ſordes de-
untur, nec audienda eſt depravatio, qua
dam textum ita interpretantur; quo non
nis ſordes deponuntur. Reclamat enim
λεψις manifeſta, qua Apoſtolus occurrit
æ huic opinioni, quam quis concipere
uiſſet, quaſi baptiſmus ille externus nos
os faceret: ideo adhibet diſtinctionem,
lutem adſcribit baptiſmo interno, nem-
fidei in mortem & reſurrectionem Chri-
quâ fide fit, ut bona conſcientia interro-
Deum. Deinde ex Tit. 3. v. 5. ubi nondum
nonſtratum eſt, per lavacrum regenerati-
s intelligi baptiſmum, quum Apoſtolus
eatur loqui duntaxat de regeneratione
ritus S. quam lavacrum μεταφορικῶς vocat,
cul dubio ad baptiſmum regenerationis
us Sacramentum reſpiciens. Tertiò pro-
t illud Act. 2. v. 38. ubi baptiſmus dicitur
miniſtrari in remiſſionẽ peccatorum. Sed
endum eſt hîc, in remiſſionem peccato-
n baptizari, eſſe baptizari in teſtimonium
niſſionis peccatorum adeptæ, non ad cõ-
uendum eam, quemadmodum colligere
ex circumſtantia textus & aliis ſcripturæ
is. Idem judica de loco Actor. 22. ℣. 16. ubi
ptiſmus dicitur abluere peccata, quia teſti-
onium eſt illius ablutionis, quâ de re infrà

plenius in quæst. An baptismus rectè dicat signum ablutionis peccatorum. Monet pr terea, quum baptismus dicitur signum μεταδοτικὸν, esse notanda duo: 1. *quòd sic baptis describatur in se, quale est ex ordinatione divi* Scilicet occurrere vult huic objectioni: baptismus ipsam regenerationem μεταδίδωσι, sequitur omnes qui baptizantur reger rari. At non hoc. Ergo nec illud. Respon det negando connexum proposition
Pag. 33. Nam, inquit, *quò minus omnes regenerentur & noventur per baptismum, id est præter ordinat nem Dei ex hominum malitiâ.* Respond. Vide b ne vir, quid loquaris. Dicis, malitiam esse ca sam, propter quam quidam non regenera tur. Quod si hoc, nemo unquam regenera tur, quia omnibus malitia est innata. Et c tè quòd mali sumus omnes naturâ, ideo n impeditur regeneratio, sed maximè neces ria est ad illam malitiam tollendam. Qu potius dicendum: Quòd quidam non reg nerantur, caussa est subtractio divinæ grat sive absentia operationis Spiritus S. Si ma tia propellit regenerationem, bonitas si integritas illam alliciet; at ubi bonitas & i tegritas est, ibi non opus est regeneratio Sic igitur statuendum: Quòd regenerat non contingit omnibus hominibus, in ca sâ est, quòd Spiritus sanctus agit liberrim videlicet in quibus vult, quando vult

qua

ntum vult. An non regeneratio est im-
atio carnis in spiritum? Est, Johan. 3. ℣.
oman. 8. ℣. 5. ut qui mali fuimus sanctifi-
ur, 1. Corinth. 6. ℣. 11. Objicis mihi verba
Calvini ex libr. 4. Instit. cap. 14. distinct.
quæ suprà ad pag. 15. respondi. 2. Dein-
otandum est, inquit, *quando baptismo tribui-
non significationem, sed præsentem salvatio-
, non nos intelligere id sic, quasi baptismus eam
ciam habeat ex opere operato, ut cavillari vide-
disputator thesi 3. Damnant enim communiter
esiæ nostræ illos qui dicunt, quòd Sacramenta ex
e operato justificent, nec* (Nec puto posi-
pro & per errorem) *doçent fidem requiri
u Sacramentorum, quæ credat remitti peccata.
August. Confess. verba in artic. 13. nos ab omni
cione liberant.* Respond. Dicitis & non di-
, quod argumentum est vestræ vacilla-
nis & inconstantiæ. Dum dicitis, Sa-
menta conferre rem cœlestem etiam ei,
sine bono motu iis utitur, quid aliud
itis, quàm Sacramenta habere efficaci-
ex operę operato? Scilicet phrasin Papi-
am extimescitis, rem ipsam interim doce-
Prætenditis ordinationem Dei! At hæc
n est, ut incredulis res cœlestis communi-
ur. Quid dicam de art. 13. Aug. Confessio-
? Hic adversario è diametro contradi-
, Adversarius dicit, se baptismo non tri-

buere ſignificationem. Contradicit artic
Auguſt. Conf. his verbis: Hac fide accipi
promiſſam gratiam, quam Sacramenta
GNIFICANT. Si Sacramenta ſignifica
& Baptiſmus eſt Sacramentum, utique ba
ſmo eſt tribuenda ſignificatio. Vides igi
lector, quàm bella ſit ὁμόνοια & conſenſio
biquitariorum cum Auguſtanâ confeſſio
Sed pergis ex loco parium adverſus me ar
mentari: *Si Sacramento efficaciam aſcribere ex*
vinâ ordinatione & inſtitutione, eſt dicere, Sa
mentum ex opere operato habere illam efficaci
certè vos æquè hujus accuſationis rei eſtis. Nam
tem videri vultis ex ordinatione divinâ baptiſ
tis hanc ei actionem aſcribere, quòd ſignificet r
nerationem longo pòſt tempore futuram, vel ut
za vult in reſp. ad acta coll. Mompelg. quòd obſi
adoptionem, quum nunquam facta eſt regenera
Reſp. Paria non paria. Non n. docemus, q
baptiſma ſignificet regenerationem rep
bis & infidelibus; hanc n. efficaciam in ej
modi hominibus, qui à regno Chriſti ali
ſunt, non habet, ſiquidem divinâ inſtitut
ne ad id eſt ordinatum, ut non niſi iis qu
numero electorum ſunt & credentium,
generationis & juſtificationis benefici
adumbret & obſignet. Deinde vos baptiſ
adſcribitis efficaciam non ex inſtitutione
ordinatione divinâ. Monſtrate vel un
apicem ex verbo Dei, quo beneficia mo
Chr

sti parta, ut ſunt juſtificatio & regene-
, etiam ad reprobos & incredulos per-
e doceatur! Omnis n. *qui credit*, habebit
n æternam, Joh.3.v.16. Quæ addis de re-
ratione longo pòſt tempore futura,
s vide quæ ſuprà reſpondimus ad pag.13.
baptiſmo hypocritæ deinde reſipiſcen-
Valeat igitur tua *μετάδοσις*, & retineatur
δοσις illa interior, quæ eſt Spiritus S. ope-
o in legitimè utentibus. Hactenus ergo
ſideravimus, quo ſenſu Baptiſmus dici
it ſignum *μεταδοτικὸν*, & quo ſenſu non
ſit; nunc tertiam tuam propoſitionem
nderemus, quæ eſt: *Baptiſmus non eſt ſignum* Pag.34.
*ματικὸν, τυπικὸν vel σημαντικὸν, hoc eſt, Ba-
mus nō adumbrat vel repræſentat, vel ſignificat,
nudè ſignat id cujus eſt ſignum.* Probas ex pri-
bus. *Si n. baptiſmus eſt ſignum μεταδοτικόν,
que non poteſt eſſe σχηματικὸν &c.* Nam *μεταδι-
ναι καὶ σχηματίζεσθαι, dare & dandum adumbra-
vel repræſentare, opponuntur.* Reſp. Eſt mera
titio principii. τὸ μεταδοτικὸν καὶ σχηματιστικὸν
σημαντικὸν ſimul eſſe poſſe in eodem ſubje-
o, demonſtratum eſt. Nec nos baptiſmum
cimus nudum ſignum. Sed tale, per quod
Deus vult eſſe efficax, non in quovis, ſed in
gitimè utente, quæ Dei efficacia *μετάδοσις*
nobis dicitur, non quòd ea ſignis ſubjecti-
è inhæreat, ſed quia à Deo liberè agēte pro-
ciſcitur. Nec n. divina gratia externis ſym-

bolis vel inclusa vel affixa est. Breviter re-
sic habe: In legitimo usu Sacramentorum
duplex est μετάδοσις, signorum & rei signa-
illa fit à ministro, hæc fit à Spiritu S. Qui μ-
τάδοσιν rei signatæ seu cœlestis tribuunt m-
nistro, vel ipsis symbolis, graviter errant. N-
enim aqua Johannis Baptistæ μετέδωκε S-
ritum S. Paulus plantavit, Apollos rigavit,
Deus dedit incrementum. Nec Apostolus
peruit cor Lydiæ, sed Dominus.

Nunc demum adversarius ad meam r-
sponsionem accedit, quæ in thesi tertia h-
jus quæstionis extat de discrimine inter l-
galia sacrificia V. Test. & inter verum sacri-
ficium, quod Christus in cruce peregit. S-
Pag. 35. quid regerit? *Id, inquit, agitur in iis locis* (nem-
Hebr. 10. v. 1. & Coloss. 2. v. 17.) *passim ut in li-
bris etiam Vestratium constituatur discrimen inter
tempus veteris & Novi Testamenti. Cur ergo exin-
non sumatur proprietas etiam Sacramentorum,
illius quidem Testamenti Sacramenta contineant
umbras, typos, & figuras Christi & bonorum N.
Hæc verò habeant corpus, hoc est, Christum ipsum
ipsa bona? Sacramentum enim imitatur natura-
Testamenti.* Resp. Non inficiamur in illis d-
ctis indicari discrimen V. & N. Test. Nam
in V. Test. fuit umbra, in N. T. est ipsum cor-
pus, quapropter illud obscurius, hoc vero
clarius est. Sed quæ est ratio hujus conse-
quentiæ: Si in N. T. prædicatur Christus ex-

us, ideoq; in Sacramentis N. Testam.
antibus externis symbolis substantiali-
corporaliter offertur. Imò v. hoc sequi-
uod Apostolus intendit. Ergo legalia sa-
a aliæq; ceremoniæ quæ venturū Chri-
præfigurabant, sublatæ sunt. Vana est
διάνοια: Novum Testam. habet ipsū cor-
Ergo Sacramentum novi Testam. in se
inet substantiale corpus Christi. An-
lens n. loquitur de complemento prefi-
itionum V. Testam. quid hoc ad natu-
Sacramentorum N. T.? An exhibitio
isti facit ejus substantialem unionem cū
amentis? Minimè gentium. An propter
bitionem Christi falsa proprietas Sacra-
itis affingenda? nullo modo. Utrumque
tamentum (sermo est de Testamento seu
re gratię) fundatum est in Christi merito,
.2.v.39. Heb.13.v.8. quapropter utriusq;
ramenta eò quoq; respiciunt, 1. Cor.10.v.
Omnes per Mosen baptizati sunt in nu-
& mari, & omnes eandem spiritualem e-
m ederunt &c. Col.2. v. 11. Per Christum
cumcisi estis circumcisione quæ fit si-
manibus &c. Ac proinde quemadmodum
ramenta Vet. Test. fuerunt σχηματικὰ καὶ
μαντικὰ, ita & Novi; illa quidem Christi
hibendi, hæc verò exhibiti, quo sensu ve-
m est adversarii dictum: Sacramentum
itatur naturam Testamenti. Vetus Testa-
entū prædicabat Christum exhibendum,

ideoq́ue ejus Sacramenta præfigurabant
undem exhibendum. Nov. Testament
prædicat Christum exhibitum. Ergo & e
Sacramenta eundem exhibitum prefigura

ASSERTIO DISPUTATIO NIS SECUNDÆ;

Pag. 36. In quâ tractantur hæ quæstiones.

I. *An aliquid roboris habeat argumentum h Logica res à Theologo accipit ita, ut si in Th logia sint consentaneæ, Logica eas non fa dissentaneas; adeoq; an, Deus est homo, sit p dicatio ex consentaneis?*

II. *An definitio Cœnæ Dominicæ, quam tradit theruse in Catechismo minori* (Das Sac ment des Altars ist der wahre leib blut unsers Herrn Jesu Christi/unter d brot und wein uns Christen zu essen zu trincken von Christo selbst eyngese sit logica?

DE QUÆSTIONE PRIORE.

Pag. 37. Hanc nos affirmamus, adversarius neg & quidem primùm præmittit multa v ba, in quibus profert distinctionem in innaturalitatem (loquor cum barbaris) d plicem: rei & prædicationis, & tandem co

clu

udit pag. 38. & 39. in innaturalibus posse
se naturalem unionem & amicitiam, nem-
ratione prædicationis seu dispositionis
iomaticæ; seu dispositionem axiomati-
m posse esse naturalem in rebus, quarum
fectio per se est innaturalis seu superna-
ralis, ut: Asina Bileami locuta est. Atque
a vult adversarius, me digressum esse à ve-
quæstione, eò quòd schediasma loqua-
r de dispositione axiomaticâ, quæ natu-
lis est si congruat cum præceptis disposi-
onis. V. gr. licet inter asinam & loqui non
t consensio naturalis, esse tamen natu-
litatem in prædicatione, quia τὸ loqui
atitur sese enunciari de asinâ, ut effectum
e caussâ. Respond. Hanc adversarii tergi-
ersationem satis refutant verba schedia-
matis, quæ sic habent: *Consentaneum propriè
lud est, quod habet naturalem quandam unita-
em atque amicitiam, etiam secundùm Ramum lib.
Dialect.* Quid manifestiùs quàm hîc sermo-
nem esse de terminis simplicibus, ἄνευ συμ-
πλοκῆς, nisi adversarius velit dicere, P. Ra-
num in lib. 1. Dial. agere de prædicationi-
bus seu dispositionib. Quid sibi vult quòd
chediasma addit, consensionem consequi
psam rerum naturalium constitutionem?
tem: Natura rebus quibusdam dedit con-
sensionem? Lege lector & intelliges, quàm
longè adversarius à seipso dissentiat.

Pag. 40. *Contra theses 2. & 3.*

Ita infert adversarius: *Quæso te, an satisfi[...] unt hæc suprapoſito argumento? Tota reſponſi[...] contendit, ut aſſerat poſſe eſſe prædicationem conſ[...] taneam & regularem, ubi tamen rerum ipſar[...] quæ enunciantur, unio naturalis non eſt. At noſtri [...] gumenti nervus potiſsimùm eſt in eo, quòd axioma[...] ca terminorum unio non ſit conſentanea in hoc ax[...] mate: Deus eſt homo. Neq; enim talis eſt, qualis eſ[...] aliis argumentis conſentaneis. Unde nos dicimus [...] prædicationem irregularem, h. e. non taliter conſ[...] matam, qualiter aliâs ex regulis logicis formari op[...] tet.* Reſp. Nimis obſcurum eſt quod dicit, a[...] omaticam terminorum unionem non e[...] conſentaneam in hoc: Deus eſt homo. Si d[...] ſentanea eſt, unde eſt σιώθεσις? cur non per [...] αἵρεσιν termini ſejungũtur? Deinde dicit, [...] eſſe talem unionem axiomaticam, qualis [...] in aliis argumentis conſentaneis. Si hoc, c[...] non oſtendit diverſitatem unionis axiom[...] ticæ? Et quid, quæſo, eſt illa unio axiomatic[...] Divinabo: Eſt ipſa terminorum diſpoſiti[...] Quæ diverſitas? Diſsentanea, forſan inquie[...] enunciantur affirmativè. Hoc verò eſt [...] quo controvertitur. Nos dicimus, non e[...] diſsentanea, quia in perſona ſingularis illi[...] individui ſeu ὑφισαμένου conſentiunt, idq[...] propter ὑπερφυσικὴν καὶ μυστηριώδη ἕνωσιν, quâ λ[...] γος humanam naturam ſibi univit. Hîc qu[...] Theologia dicit; λόγον, qui verus Deus e[...]

cum

m Patre & Spiritu ſancto, aſſumendo ſe-
en Abrahæ factum eſſe verum hominem,
r mirabilem unionem hypoſtaticam dua-
m naturarum divinæ & humanæ, ut inde
ſus Chriſtus verè & propriè dicatur De-
& homo, Logica hinc rectè infert, in hoc
iomate: Deus (id eſt Filius Dei) eſt ho-
o, disponi conſentanea, licèt Philoſophus,
â Philoſophus, hoc non intelligat, ſiqui-
m ſupra rationem hominis eſt. Quum igi-
in Theologiâ conſentanea ſint, certè Lo-
a quæ Theologiæ famula eſt, non facit ea
ſentanea.

Contra theſin 5.

Dixi in hoc axiomate: Deus eſt homo, *Pag. 41.*
n eſſe prædicationem inuſitatam, ſeu axi-
na illud non eſſe propoſitionem inuſita-
n. Contradicitur hoc Syllogiſmo:

Quod deflectit à regula, eſt inuſitatum & irregulare, ſicut quod deflectit à lege eſt illegitimum, à νόμῳ eſt anomalum.

Atqui hæc prædicatio (Deus eſt homo) deflectit à regulâ.

Ergo eſt irregularis & inuſitata.

Aſſumptionem probat: *Dicis enim,* inquit,
ac propoſitionem eſſe ex cauſsâ & effecto; at illæ
dicationes hanc habent regulam: Effectum non
dicatur de cauſsâ directè, ſed in caſu obliquo. *Pag. 42.*
t, ac ſi in Sacramentis reverâ & ſubſtantia-

liter inclusa esset, quemadmodum in coro
Pag. 77. nente est contentum. Addis porrò: Ni
dum percepisti, fidem in hoc servire, ut Sacram
nobis utilia & salutifera sint, qui finis est, man
interim unicuiq; Sacramento suâ propriâ materi
formâ. Resp. probè percepi ex S. Scripturâ
dem non solùm in hoc servire, ut Sacram
ta nobis utilia & salutifera sint, verùm eti
simpliciter, ut nobis Sacramenta sint
ostendimus suprâ in quæstione, An fides p
tineat ad essentiam Sacramenti. 6.

De loco Johan. 3. v. 5. Nisi quis renatus
erit ex aquâ & Spiritu &c,

Hîc lector aperiat oculos tum animi t
corporis, videbit partim ineptias, par
mendaces calumnias adversarii. Docere
Joh. 3. v. 5. per aquam intelligi aquam Ba
smi. Quomodo? *Quia*, inquit, *nativitas n*
spiritualis nihil aliud est quàm baptismus, qui di
um peccatorum vocatur promissum Psalmo 29
mines aliud, si potes. Veritas certè tibi extorsit, u
cramentum hoc initiationis adoptionis non sine
tradictione nominâris. Respond. Omnia fal
inepta. Baptismum esse nativitatem nost
spititualem, in sensu proprio falsum est. S
ptura hoc non docet; testimonium esse d
mur. Act. 8. v. 37. & cap. 10. v. 47. 48. Sic p
mè confunditur regeneratio cum baptis
Petit, ut aliud nominem, si possum! E
bes: Nativitas nostra spiritualis est nihil

quàm ipsa παλιγγενεσία, quâ vetus homo
rtificatur, & novus homo emergit ad ima-
em Dei conditus. Rom. 6. ℣. 4. 5. 6. Ephes.
℣. 22. 23. 24. & alibi. Hujus παλιγγενεσίας
tor est Spiritus S. qui internè in homine
gnit novos motus, Deo placentes. Quod
dis, veritatem mihi extorsisse, ut Sacra-
ntum hoc initiationis adoptionis non si-
contradictione nominaverim, falsum est.
enim veritas hoc mihi extorsit, aliquando
gavi. At nunquam negavi. Semper n. ego
ptismum agnovi & agnosco Sacramentũ,
e. divinum testimonium initiationis ad-
tionis. Nihil igitur hîc facit adversarius,
iàm quòd lectori fumos vendit. Quod
ofers ex psalmo 29. ℣. 10. de diluvio, omni-
à scopo alienum est. Docet enim ibi Da-
d, quòd Deus tempore diluvii sese acerri-
um scelerum vindicem declarârit. Sed
uid hoc ad præsens negotium? Atque hoc
t primum de dicto Johannis, quod in ordi-
e adversarii est sextum responsionis mem-
rum. Pergit pro septimo membro: *Contra-
icit verò tibi Bullinger*, inquit, *apud Marlora-
um, omnes, inquiens, penè de baptismo hanc senten-
iam interpretantur. Venerandam totam antiqui-
atem hîc non spernes. Unicus autem tuus Piscator
um suo Calvino negat: 1. Quia sine hac aquâ, de
uâ Christus loquitur, nemo potest æternam vitam
onsequi. Nonnulli autem sine Baptismo eam conse-*

quantur. 2. Quia in continuatione sermonis insti- ti (quod tu urges omisso priori fortiori) Christus s- us Spiritus mentionem facit. Resp. Quid mu interpretes statuant, de eo parum sum licitus, sed quinam sit genuinus propo dicti sensus, piâ solicitudine inquiro. Au verò hîc est illatio antagonistæ, qui ex quod Bullingerus testatur, OMNES PE de baptismo sententiam illam Christi int pretari, infert, Venerandam TOTAM an quitatem ita interpretari. Sed ponamus esse. An non licet nobis aliquando ab an quitate dissentire? Neque ego existimo, versarium omnes antiquitatis interpretati nes amplecti. Quis miretur, ipsum ab an quitate discedere aliquando, qui ab Apo giâ Augustanæ Confessionis, de qua glor tur & in quam juravit, tria vera Sacramen statuente, dissentit, duo tantùm vera Sac menta agnoscens. Ad rationes Domini scatoris sic respondes. 1. *Casum necessitatis,* quis, *excipi, ipsi nos docemus. Contemptus aut non defectus Baptismi damnat: Bernhard.* Re Hîc verò ego scire cupio, an qui moriu tur in tali casu necessitatis & sunt hære vitæ æternæ, sint regenerati? Si affirm utique concedis, quod volumus, nonn los homines regenerari per Spiritum sa ctum, sine administratione baptismi. Christus expresè dicit: Nisi quis rena

Tom. 9. operum Lutheri Wittenb. f 355. in apologiâ Confess.

Pag. 78.

fu

ierit ex aquâ & Spiritu &c. Aqua igitur il-
non est aqua baptismi. Si negas; tum di-
ere cogeris, aliquos non renatos ingredi
osse in regnum cœlorum, id quod cum
hristi dicto pugnat. 2. *Meminit solius Spiri-
s, inquis, videlicet tanquam caussæ principalis, &
tia in omnibus ministerii Evangelici* (in textu le-
itur Angelici, sed forsan typographico er-
ore) *partibus non in solo Baptismo efficaciter ope-
atur.* Resp. Fatemur quidem, Spiritum S.
sse caussam principalem regenerationis, e-
mque ad regenerandum liberè uti verbo
anquam instrumento, 1.Pet.1.℣.23. Sed sa-
ramenta ejusmodi instrumenta esse, per
quæ Spiritus S. hominem regeneret, S. Scri-
ptura non docet, siquidem ea Sacramenta
vocat σφραγῖδας, id est sigilla justitiæ fidei. Er-
go fides & per consequens, regeneratio, usum
Sacramentorum saltem in adultis antecedat
oportet. Denique per verbum fides genera-
tur, per Sacramenta confirmatur, quæ caussa
etiam est, quòd Sacramenta verbum se-
quuntur, siquidem Sacramenta sine verbo
non intelliguntur. Tolle verbum, & Sacra-
menta sustulisti. Circumcisio Abrahamo fu-
isset inutilis ceremonia, nisi antea per ver-
bum accepisset promissionem. Malè igitur
confundit adversarius doctrinam verbi &
Sacramentorum. Conatur porrò ex incon-
stantia interpretationis malę mentis fluctua-

tionem evincere, quum dicimus, per aqua intelligi Spiritum S. Sed hoc non probat, ni quod dicit, me ex aquâ facere non aquan sed Spiritum. Rectè ſanè, quia totius conte tus ſeries id poſtulat; & ſæpe accidit, ut u resper ἐπεξήγησιν bis ponatur. quod idem U biquitarii quidam in verbis Cœnæ: Fregi Dedit, (quamvis falsò) faciunt, quos imit tur adverſarius pag. 99. Ultimo loco hort tur me adverſarius, ut velim obſervare m os uniones, videlicet abſurditates intelligi quas non ſine putidis mendaciis ex m disputatione colligit. 1. *non eſſe ſermonem baptiſmo in locis theſ. 3. & eſſe.* Reſpond. Di non eſſe, & addidi ex hypotheſi: ſi maxim eſſet. Hoccine eſt ſibi contradicere, ubi alt rum ὑποθετικῶς ponitur, alterum κατηγορ κῶς? 2. *non proprium ſermonem & propri eſſe theſ. 3. 28. 29.* Reſpond. Adverſarius ma didicit leges oppoſitionis. Non eſt propri ſermo quum dico: Baptiſmus eſt ablut peccatorum. Eſt verò proprius ſermo quu dico: Baptiſmus eſt ſignum ablutionis pe catorum. 3. *Dici propriè ablutionem in ſcriptur th. 14. & nullibi legi th. 28. & rejeciſti hîc ſedem ve borum horum propriam th. 3.* Reſp. Ego verò h nihil reſpondeo, quia mera mendacia opp nuntur; ſed benevolum lectorem oro, meas theſes, quas antagoniſta citat, ipſe i ſpiciat, & adverſarii impudentem temerit

te

m inde pernoſcat. 4. *Non eſſe organum ſalutis, tamen per hoc nos initiari, adoptari, regenerari.* ꝗeſp. Eſt mendacium reſponſione indignũ, uod ipſę theſes, in quibus quod mihi imputur non extat, ad oculum teſtantur. 5. *Lavaum eſſe inſtar lavacri.* Reſp. Alia calumnia. on dixi lavacrum eſſe inſtar lavacri; ſed reenerationem appellari lavacrum, quia ea t inſtar lavacri, nempe regeneratio eſt inar lavacri. 6. *Aquam non eſſe aquam baptiſmi,* Pag. 79. *l ſpiritum &c. monſtrare autem unicum dictum in uo aqua pro Spiritu, quoties juſſi eſtis?* Reſpond. heſis tertia ſatis declarat, quid vox aquæ ſii velit. Quòd autem petit adverſarius ſibi onſtrari unicum dictum, in quo aqua pro piritu S. ponatur, mirari ſatis non poſſum. Iorem geramus. Proponimus ei dictum oh. 4. ℣. 14. Quisquis biberit ex aquâ illâ quã go ei dabo, non ſitiet in æternum &c. & c. 7. .37. & ſequentibus: Si quis ſitit, inquit Jeis, veniat ad me & bibat. Qui credit in me: cut dixit Scriptura, flumina aquæ vivæ fluint ex ventre ejus. Hoc autem dixit de Spiriu quem accepturi erant credentes in eum c. Confer Eſa. 55. ℣. 1. & 44. ℣. 3. Joël. 3. ℣. 18. ach. 14. ℣. 8. & alibi paſſim. 7. *Comparari altei & poni pro altero eſſe ſynonyma.* Reſp. Aliud nendacium. Nuſpiam hoc extat in meis theibus. 8. *Sacramentum baptiſmi negare vis eſſe rganum, quia quædam ſint organa & ſigna ſimul,*

in quâ figurâ concludes? Baptismum autem non *se inter illa, nondum probâsti.* Respond. Alia c lumnia. Negavi hanc tuam propositione Quod est medium & organum alicujus r id non est ejusdem signum. Exemplum at li nubis aquosæ, quæ licèt organum sit pl viæ, est tamen etiam signum. Tu mihi affi gis spuriam ratiocinationem: quales tuæ p ræque esse solent. 9. *Christi dicto* ταυτολογ *tribuis. Sic, Nisi quis renatus fuerit ex Spiritu* *Spiritu &c.* Respond. Ad hoc responsum thesi tertiâ, ubi diximus, operationem Sp tus S. in Scripturâ comparari aquæ. Fig igitur est ἑνδιαδύο. Perinde enim est a Christus dixisset: Nisi cui contigerit mun tio quam operatur Spiritus S. &c. Denic ablegas me ad Harm. Evangelicam Chem tii. Quid ibi? lib. 2. pag. 148. 149. & 150. disp tat, Christum aquæ appellatione totum n nisterium N. T. complecti, verbum scilic & Sacramenta; idq; probat à circumstan temporis. *Johannes enim,* inquit Chemniti *baptizabat tunc aquâ: Et prædixerat Christum* *ptizaturum Spiritu S. item: Christus mox inchoa* *rus erat ceremoniam baptismi per discipulos,* *præmittit doctrinam de regeneratione ex aquâ* *Spiritu. Christus igitur regenerandos ad extern* *ministerium verbi & Sacramentorum, per q* *Spiritus S. efficax est, deducit.* Hæc est potissi ratio Chemnitii, sanè infirma satis: Johan

bapt-

ptizavit tum temporis aquâ, & Christus
ox inchoaturus erat ceremoniam bapti-
i. Ergo per aquam Christus in colloquio
n Nicodemo intellexit totum ministeri-
 externum, verbi & Sacramentorum, id-
que & aquam Baptismi. Nulla est ratio
nsecutionis. Quocirca quâ facilitate hæc
untur, eâdem rejiciuntur. Quid si ego
ntrà sic inferrem: Christus Joh. 4. ℣. 14. &
℣. 37. per aquam intellexit Spiritum S. Er-
etiam Johan. 3. ℣. 5. per aquam Spiritum S.
ellexit? Reliquæ Chemnitii rationes à no-
 sunt consideratæ & refutatæ paulò antè.
rùm, ut tu me deduxisti ad Chemnitium,
ego te deduco ad Wolfg. Musc. in Com-
entario super hunc locum, & ad Dn. Zepp.
lvam homil. in Dom. Trin. pag. 553. item
Scholia Dn. Piscat.

Contra theses 4. & 5,

Locus Actor. 2. ℣. 38. Ephes. 5. ℣. 26.

Primùm queritur, me propositionem bo- *Pag. 80.*
m non bonam asserere. Resp. Si bona esset,
oc est, si esset vera, non rejicerem. 2. *Si*, in-
is, *elenchus est in phrasi, cur negas connexum?*
esp. Elenchus non est in phrasi, sed in malâ
ductione consequentis ex antecedente.
onsequens n. nullo modo in hypothesi an-
cedentis comprehēditur. Nec n. quia in re-
issionem peccatorū baptizamur, continuò
aptismus operatur remissionem peccatorū.

Hoc v.ſequitur: Quia in remiſſionem pec-
torum baptizamur, conſtat baptiſmum
remiſſionis illius teſtimonium. Quia ar
datur in fidem conjugalem, ſequitur arrh
eſſe teſtimonium illius fidei, non organ
quo fides illa primùm efficiatur. Tu verò
ud axioma quàm quod in theſi eſt, reg
hoc: Quod adminiſtratur ad peccatorum
miſſionem obtinendam, id ad medium
organicam cauſam, cujus effectum eſt, re
rendum. Si hæc propoſitio fuiſſet in ſcheo
ſmate, negaſſem aſſumptionem. Baptiſm
enim non adminiſtratur ad obtinendam
ad teſtificandam remiſſionem peccator
Act.8.v.37. Sed hæc eſt adverſarii vertig
Accuſas me negligantiæ, ut q. debeam pl
ſin probâſſe. Sed quid opus eſt probation
re tam manifeſtâ Primùm jubet? Petrus
piſcere, deinde baptizari. ſcil. in confirma
nem reſipiſcentiæ. Sed videamus, quom
adverſarius ſuam opinionem, quòd bapt
operatur remiſſionẽ peccatorũ, demonſt
nempe, *quia Johannes prædicavit baptiſmum p*
tentiæ in remiſſionem peccatorum, hoc eſt, conju
Johannes aquæ ſimplici verbum, & factum eſt S
tum, per quod nos ut lavacro aquæ in verbo
mundat à peccatis &c. Reſp. Conſtat ex E
gelicâ hiſtoriâ Matth.3. v. 6. Johannem
ptizâſſe confitentes peccata ſua, hoc eſt,
piſcentes, ſeu eos, qui confeſſione pecc

m suorum se resipuisse testabantur. Si ergo ptizavit eos qui antè resipuerant, quomo- baptismus contulit illam resipiscentiam? d, inquis, Johannes conjungendo verbum nplici aquæ, fecit sacramentum, per quod eus mundat à peccatis. Resp. Verum est, Jo- nnem prædicâsse, & baptizâsse, atque ita ri ministri officio perfunctum esse; sed ba- izavit aquâ ad resipiscentiam, Matth. 3. v. 11. on baptizavit spiritu. Nec hinc efficere po- st adversarius quod vult, videlicet Deum opriè loquendo per sacramentum bapti- ni nos mundare à peccatis, tanquam per in- rumentum. Hoc enim sensu nullo modo citur baptismus resipiscentiæ, sed quia resi- scentiæ testificandæ atque profitendæ ad- ibetur. Si baptismus operatur resipiscentiã, ur Johannes non quosvis, sed duntaxat con- tentes pecccata sua baptizavit? An verò pu- ndum est, per additionem verbi aquam ba- tismi divinâ aliquâ virtute imbui, quâ pec- ata abluuntur? absit. Cur ergo opus est ver- i conjunctione? nimirum ut homo ante u- um Sacramenti de rebus cœlestibus rectè e- udiatur, & sic ad resipiscentiam perducatur, leinde verò Sacramento utatur. Verbum igi- ur non requiritur propter aquam, sed pro- pter hominem regenerandum, ut baptismus propter regeneratum. 4. Dicis, esse elen- chum oppositorum in hoc enthymemate:

Pag. 81. *Fides est organum salutis: Ergo non Sacramen*

Resp. Sacramenta esse organa salutis, no simpliciter nego, sed quatenus, ut tu vis, p Sacramenta salus homini ex opere opera conferatur. Fides verò reverâ est organu per quod salus homini confertur. Sacrame ta igitur & fides rectè opponuntur respec apprehensionis salutis. Ut enim verbum D organum est, per quod Spiritus S. in cordib electorum efficit fidem; non quòd Spi tus S. hanc virtutem verbo infundat; lib enim operatur: sic Sacramenta organa su per quæ idem Spiritus S. fidem procreata conservat & auget, non virtutem hanc Sac mentis infundendo, sed liberè agendo. Su enim revera Sacramenta sigilla verbo p missionis annexa. Qui igitur scire cupit, q in Sacramentis nobis offeratur, legat ver in quo scripta promissio extat. Deinde ni solicitus est adversarius de infantibus & probatis. *Audi*, inquit, *quid fiet infantibus & probatis quibus denegatis fidem? Ergo ipsis non est ganum? Ergo non salvi.* Sic argumentatur: Si menta non sunt organum salutis confer dæ, sed duntaxat fides; sequitur, neq; infan neq; reprobatos esse salvos. At hoc est abs dũ. Ergo. Respond. 1. ad propositionem: c respectu infantum ex fidelibus parenti natorum, est falsa. Hi enim salvi sunt, q sunt sancti, 1. Cor. 7. v. 14. non quidem san

t

te naturali, sic n. omnes sumus filii irę, Eph.
v. 3. sed sanctitate gratiæ. Comprehendun-
r enim in federe gratię. Sed quomodo sunt
lvi, quum non habeant fidem organum
lutis? Respond. Licet fidem ipsam non ha-
eant (est enim hæc ex auditu, Rom. 10. &
sum rationis flagitat) propterea tamen
fidelium censu non sunt excludendi,
quidem ab utero matris per gratiam Dei
a sunt dispositi, ut progressu ætatis fidem
cipere possint. Dico disertè, *per gratiam*; ne
uis putet me naturæ illam διάθεσιν adscri-
ere. Quemadmodum igitur infans per
aturam est rationalis, licet usu & ἐνεργείᾳ
ationis adhuc destituatur; & quemadmo-
um hæres est paternorum bonorum, licet
oc nondum intelligat: Sic per gratiam ele-
ti infantes reverâ fidelibus annumerantur,
hæredes vitæ æternę, licet fidem non habe-
nt, nec per ætatem hæreditatem cœlestem
ntelligant. Etenim si naturæ ea conditio
st, ut secum ferat inclinationem ad malum,
uidni gratiæ hoc tribuamus, ut in infan-
ibus ab utero matris secum ferat inclina-
ionem ad fidem & studium bonorum o-
erum. Expresse enim dictum est: Ero Deus
uus *& seminis tui*. Sic falsa est propositio Syl-
ogismi, respectu infantum ex fidelibus na-
torum. Quod attinet ad reprobatos, nō spe-
ro adversarium eò dementię abiisse, ut statuat

organum ſalutis, videlicet fidem, etiam r
probatis competere! Quid enim eſt margar
tam canib.& porcis projicere, ſi hoc non eſ
Nunc ad aſſumptionem venio, quæ parti
vera eſt, reſpectu infantum ex fidelibus n
torum; partim falſa, reſpectu reprobatorum
Si adverſario eſt abſurdum, reprobatos n
eſſe ſalvos: conveniens ipſi erit, reprobat
eſſe ſalvos. Si hoc ſtatuit; per me licet ipſi cu
reprobatis eſſe, cumq; ipſis ſalute frui. Vid
igitur quàm pulchrè concluſeris: Erg
Sacramentum infantibus & reproba
eſt organum conferendæ ſalutis. His cer
non eſt; illis (loquimur de fidelium infant
bus) verè eſt, ſed non ſecus ac olim in V. Te
circumciſio infantibus organum ſalutis era
ſcilicet ſigillum juſtitię fidei, qua ſuo temp
re ſunt donandi, Rom. 4. v. 11. Pergis, & reto
ſionem inſtitutis talem: *Imò*, inquis, *quia fi*
eſt organum ſalutis: Ergo & Sacramenta: in quib
requiritur, in quibus verbum eſt. Separas tu à D
conjuncta: quod non eſt hominis. Reſp. Utrumq
tam Sacramenta quàm fidem, ſalutis orga
agnoſcimus, ſed diverſimodè. Fides enim o
ganum eſt apprehenſionis, ſiquidem fide m
ritum Christi nobis applicamus, Rom. 5. v.
2. Sacramenta verò talia organa non ſunt, ſ
ſunt organa confirmationis, quibus fidei j
ſtitia, hoc eſt, Evangelii vox de gratuita r
miſſione peccatorum cordibus noſtris ob
gnatu

natur, atq; ita fides in Jesum Christum ma-
s magisq; confirmatur, Gen. 17. v. 11. Rom.
v. 11. Quod fide perceptum est, Sacramētis
mq̃ firmum & ratum stabilitur, unde illud
credis, licet baptizari. Ideò ad S. Cœnam
emo, nisi qui confessione & vitâ sese fide-
m & pium declarat, admittitur. Quod ad-
t adversarius, me separare quæ Deus con-
nxit, perversa est calumnia. Tantum enim
best ut fidem à Sacramentis separem, ut eam
legitimè utentibus cum Sacramentis sum-
o nexu conjungam. Fidem sine Sacramen-
s esse posse, certum est; Sacramenta verò
ne fide esse posse, impossibile est, ut suprà
ontra adversarium disputavimus. Quàm
urpiter adversarius discrepat à seipso! Suprà
isputavit, Sacramenta posse esse sine fide;
îc verò dicit, in Sacramentis requiri fidem,
deò, ut qui hoc non statuit, separet ea quæ
Deus conjunxit. Bellam constantiam! Nihil
go nunc dico de infirmâ hac ratiocinatione
dversarii: Fides est organum salutis, intelli-
e organum apprehensionis: Ergo & Sacra-
nenta sunt talia organa. Non enim Sacra-
nènta ita sese habent ad negotium salutis,
it fides: id quod jam demonstratum est. Est
gitur elenchus comparatorum similium.
;. Dicit adversarius, me in hoc axiomate, *Sa-*
ramenta organa sunt non collationis, sed confirma-
tionis, committere elenchum proprii. *An non,*

inquit, *Evangelium maximè confirmat fidē.* Resp.
Video adversarium abesse à perfectione lo-
gicâ, utpote qui nondum intelligit quid pro-
priũ sit. Ex proposito axiomate nullo mod-
elici potest, confirmationem esse propriã Sa-
cramentis. Et verbo & Sacramẽtis competi-
quamvis diversimodè; illic fit per sermonem
hîc per signa in oculos incurrentia. De colla-
tione debebat adversarius egisse. hanc eg-
dico ordinariè fieri per solum verbum, siqui-
dem ex hoc fides est, Rom.10. Per verbum
nim Apostoli Dominus aperuit cor Lydiæ
Act.16.v.14. Factâ hâc collatione accedun-
Sacramenta tãquam sigilla, rem collatã obs-
gnantia, id quod jam sexcenties est inculcat-
Addit præterea, me cõmittere elenchum fal-
testimonii in infantibus & reprobatis. *Ibi eni-*
Pag. 82. *vobis,* inquit, *non est fides. Ergo baptismus adhibet-*
in falsum fidei testimonium. Resp. Quàm vanu-
hoc sit, suprà ostensum est. Piget hîc repeter-
Pædobaptismus ideo non efficitur irritus, q-
infantes non habent fidem, scil. ut adulti h-
bent; satis est, infantes esse adoptatos in fili-
Dei; per gratiam habere inclinationem ad fi-
dem, juxta promissionem: Ero Deus tuus
seminis tui; ideoq́ue baptizantur in fidem
liquando actualiter futuram. Baptizantu-
inquam, ut adultiores facti sciant, se inde-
utero matris in fœdere gratiæ esse, indeq́ue
æternum non ejectum iri. Est n. æternum f-
di-

s.6. Deniq; adversarius quatuor colligit ἀσύςατα mihi notanda, quæ omnia falsa sunt & nficta, nec in meis thesibus demonstrari ossunt. 1. *Administrare, & tamen non conferre.* esp. Opposita debent tribui eidem. Baptinus alicui administrari potest, nec tamen onferri ablutio peccatorum, ut in Simone lago videre est, Actor. 8. Quis n. dubitaverit ain Philippus verum baptismum adminiraverit Simoni Mago, cui tamen ablutio eccatorum nō contigit? 2. *Organa esse salutis, ad eam nihil conferre.* Resp. Calumnia est. Aud est conferre salutem, aliud conferre ad ilutem. Sacramenta ad salutem nihil confere, nobis nunquam in mentem venit. Si nihil onferrent; neq; significarent, neq; obsignaent. 3. *Ex effectu facere testimonium.* Resp. Ego erò salutis collationem nunquam dixi effetum Sacramentorum, quomodo ergo hæc it ἀσύςατα pono? 4. *Contradicere suis ut modestiribus, qui organa collationis vocant hæc Sacramena, Bucan. Zepp.* Resp. Sacramenta dicuntur conferre gratiam ἀκύρως, nempe quia testimonia sunt, quibus de collatâ gratiâ seu salute certiores efficimur, quo modo circumcisio Abrahamo fuit sigillū justitiæ fidei. Propriè si accipis, error est. Producis contra me clar. Theol. Bucan. & Zepp. sed vanâ spe. Locos non allegas: quia forsan nullos habuisti. Audi Bucanū in Inst. Theol. loc. 46. q. 59. Sa-

menta, inquit, non remittunt peccata, ne conferunt aut continent gratiam &c. 1. qu sunt signa non causa gratiæ. 2. quia quod D proprium est, non debet creaturæ confer & paulò pòst ait, Sacramenta conferre gra am non vi intrinsecâ seu propriâ, sed virtu te principalis agentis &c. item gratiam D alligari signis externis minimè debere, ex Pet. 3. v. 21. Mediis enim, inquit ibidem Buc nus, & instrumentis Deus ad salutem n stram utitur; sic tamen ut propriâ vel intri secâ virtute operetur liberrimè, quand quomodo & quibuscum vult, non extern Symbolis suas vices resignet. Hæc Bucanu cui addo Zepperum in tractatu de Sacr mentis lib. 2. cap. 13. fol. 209. Etsi, inquit, S cramenta simpliciter & absolutè non si necessaria ad justificationem & salutem ta quam caussæ efficientes, operis nostri resp ctu; neque per sese ex opere operato hom nem faciunt Christianum: tamen ratio autoritatis, mandati, & institutionis divin quæ tanquam media & instrumenta ob gnandæ suæ gratiæ & salutis nostræ illa or navit, &c. necessaria sunt. Ex hisce candid lector judicet, quo candore adversarius mi Bucanum & Zepperum opposuerit.

Contra theses 6. & 7. de loco 1. Pet. 3. v. 21.

Adversarius hîc conatur rejicere nostra

rpretationem, quâ urgentes vim vocis
τυπον rectè & convenienter Baptiſmum
nus typum reſpondentem conſervatio-
Noæ in arcâ, tanquam priori typo. Sed
modo rejicit? dicit probationes meas nō
è ſcripturâ deſumptas. *En textum*, inquit, *Pag. 83.*
ὑ ἡμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει βάπτισμα, οὐ σαρ-
ἀπόθεσις ῥύπου. *cujus figuræ reſpondens Bapti-*
nos quoque ſalvos reddit: Quòd ſi poteris tuum
m hinc demonſtrare, fiat! Pio certè & conſide-
lectori hîc Syllogiſmus ex ſcopo dicentis ſtat: Si-
Noah cum ſuis ſervatus in arca ne periret extra
; ita baptiſmus per arcam illam præfiguratus nos
at, quem definit Apoſtolus ex effectu duplici. Vide
am in maj. annot. à quo ita eſſe diſcas. Reſp.
ctor hæc verba conferat ad theſin meam
timam, & deprehendet nihil eſſe reſpon-
n, ſiquidem meæ reſponſionis rationes
n attinguntur. Deducor ad majores an-
tationes Dn. Bezæ. Quid ibi? Comparan-
r typi, inquit ibi Beza, interdum cum ve-
ate ipsâ, cujus ſunt exemplaria, ut Heb. 9.
24. ſacrarium tabernaculi dicitur cælorum
τίτυπον. Interdum verò cum aliis ſecunda-
is ejusdem rei exemplaribus conferuntur;
hoc in loco Baptiſm' dicitur ἀντίτυπον ejus
berationis, quę contigit Eccleſiæ in diluvio.
Jam & hæc liberatio & baptiſmus adum-
rant Eccleſiæ ſanctificationem & emerſi-
nem à peccati & mortis gurgite. Sunt igitur

duo typi: sed liberationis è diluvio præced-
typus sequentem baptismi typum ipsi c-
respondentem adumbravit. Qua rati-
etiam potest baptismus & nubi & traject-
ni maris rubri tanquam ἀντίτυπον opp-
Hæc Beza. Miror autem, quid subsidii
versarius ex hisce Bezæ verbis sibi prom-
tere ausit! quum è diametro ejus opini-
adversentur. Expressè enim Beza duos ty-
ponit, nempe liberationem è diluvio & ba-
ptismum; sed cujus rei? addit, Ecclesiæ san-
ficationis & emersionis à peccati & mo-
gurgite. Hoc quid aliud est, quàm dicere,
ptismum esse typum ablutionis peccatoru-
Quę subjungit adversarius ἀσύστατα, profe-
nulla sunt. Ponit enim tanquam conc-
quæ nec concessa sunt, nec concedi poss-
Inprimis autem notetur, quòd ἀσύστατα d-
ἀντίτυπον est τύπος; quasi verò ἀντίτυπο-
quod non est τύπος, vel quasi res per typ-
significata possit dici ἀντίτυπον. Hebr. 9. v.
sacrarium tabernaculi dicitur ἀντίτυπον,
typus cœlorum. Vide lector Dn. Piscatoris
pologiam contra Röderum pag. 544. & -
Videtur autem adversarius patrociniũ q-
rere in hoc, quod dicitur: βάπτισμα ὑμᾶς σώ-
ζει: sed hisce addat, quæ sequuntur: οὐ σ-
ἀπόθεσις, ἀλλὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτ-
εἰς θεόν. quibus verbis Apostolus salva-
nem non exteriori, sed interiori baptis-

...it per Spiritum ſanctum, tribuit.

Contra theſes 8. & 9. de loco Rom. 6. v. 4. Pag. 84.

...rimùm de allegoriis neſcio quo fine hîc ...erit adverſarius, ſimulq; monet, non eſſe ...ligendum principalem finem, nempe per ...tiſmum nos in mortem Chriſti ſepeliri; ...tur hoc urgere, baptiſmum in nobis effi... mortificationem & ſepelitionem veteris ...ninis. *Extra controverſiam eſt*, inquit, *induere* Pag. 85. *Chriſtum in Baptiſmo. Itaq; inſertio in Chri...n & incorporatio noſtri ſic deſcribitur, & medi... quo fiat indicatur.* Reſpond. Adverſarii ...ſſa Apoſtolo ne in mentem quidem ve..., ut ex ſcopo colligere eſt. Docet Apoſto..., credentes non vivere peccatis, quia iis ...rtui ſunt; à regeneratione ſeu renovatio... Spiritus S. quâ vetus homo, id eſt, pecca...n mortificatur. Hanc rationem confirmat ...3. An ignoratis, inquit, nos, quotquot ba...zati ſumus in Chriſtum Jeſum, in mor...n ejus eſſe baptizatos? nimirum Apoſto...s deducit credentes ad illam κοινωνίαν quam ...bent cum Chriſto; q. d. Chriſtus mortu... eſt peccato. Ergo etiam ii, qui, ut mem...a Chriſto, ut capiti adhærent, peccato ...ortui ſunt. Hanc conſecutionem ple...ùs demonſtrat teſtimonio Baptiſmi; quia ...ui Chriſto adhærent, in mortem Chriſti ...nt baptizati, hoc eſt, ideò baptizati ſunt,

ut inde commonefierent, Christi mort
ad se pertinere, seq; mortis illius fructus
delicet remissionem peccatorum & renc
tionem Spiritus S. adeptos esse. Hinc c
cludit Apostolus, ampliùs non esse viv
dum peccato, quum dicit: Sepulti sui
igitur cum eo (nempe Christo) per ba
ismum in mortem. quasi dicat: Baptism
accepimus 1. tanquam testimonium sepe
onis peccatorum nostrorum, morte & sep
turâ Christi factæ. 2. tanquam obligatior
qua nos capiti nostro, imò Domino Chr
in obsequium obstrinximus. Hic verè sco
est Apostoli Pauli, qui nervum adversarii
lidissimè incîdit: nimirum per baptism
tanquam testimonium ac symbolum in
tionis in Christum edocemur, quemadm
dum Christus propter peccata nostra mo
us & sepultus est, ita nos in Christo pecc
nostris mortuos & sepultos esse, id quod
umbrabat immersio infantis in aquam
primitivâ Ecclesiâ usitata: & quemadm
dum Christus excitatus est ex mortuis
gloriam Patris, ita nos in Christo ad nov
vitã, nempe ad vitam sanctã, esse excita
id ꝗ infantis ex aquâ extractio rep̄senta
Secundò, rancidam calumniam vocat
versarius, quum dicimus, Ubiquitarios
gere externis ritibus quod solius Dei
Resp. Id verò non est calumniari, sed q

st dicere. Vos enim per accessionem ver-
d elementum facitis Sacramentum, hoc
ut vos explicatis, substantialiter unitis
cœlestem & terrenam, sive fides utentis
t, sive absit, atque ita vim conferendi sa-
m unitis cum re terrenâ. quid, quæso,
aliud est, quàm ritibus externis affigere
salvificam? Ego verò hunc Syllogi-
m tibi considerandum exhibeo: Quod
solius Dei, id minimè tribuendum est Sa-
mentis. Peccata remittere & ad novam
m regenerare, sunt actiones solius Dei.
go &c. Nec enim Deus communicat divi-
n virtutem Sacramentis, imò ne verbo
dem, quatenus verbum est, juxta illud
b. 4. ℣. 2. Non profuit illis sermo auditus,
qui fide contemperatus non fuerit apud
s qui audiverant. Cætera quæ adversarius
glutinavit, mitto, quia partim sunt refuta-
partim refutatione indigna.

Contra theses 10. & 11. de loco Galat. 3. v. 27. Pag. 86.

Contra thesin 8. excipit adversarius, me
lta dicere, sed pauca probare. Contra me-
n verò interpretationem nihil profert, nisi
c verba: *Stat sententia*, inquit, *si baptizando*
luimus Christum, baptismus est medium accipien-
Christum cum omnibus suis beneficiis, ut ejus ju-
tiâ, quæ remissio peccatorum est, in ultimo judicio
nquam in habitu nuptiali stemus. Resp. Egregi-

am verò reſponſionem, ſcilicet principi
titionem. Sed eruamus nos ex ſcopo A
ſtoli verum & genuinum ſenſum. In v
præcedente Apoſtolus dicit: Omnes
Dei eſtis per fidem in Chriſto Jeſu: &
addit, unde Galatæ ejus rei certi eſſe poſ
ſcilicet quoniam quicunque in Chri
baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Prim
dicit, eos eſſe filios Dei PER FIDE
Chriſto Jeſu, ac proinde concludere v
non eſſe ampliùs ſervos, quales ſub leg
rant, ſiquidem *per fidem* jam Chriſto e
inſiti. Eſſe autem illos per fidem Chriſt
ſitos, probat ✻.27. teſtimonio baptiſmi: N
quicunque baptizati eſtis in Chriſtum,
eſt, in nomen Chriſti, Chriſtum induiſt
d. eum in finem baptizati eſtis, ut habe
teſtimonium liberationis à lege & inſiti
in Chriſto. Hinc firmiter concludo, fic
in baptiſmo induere Chriſtum, non κατ'
θειαν, ut adverſarius interpretatur, ita n
rum ut Baptiſmi ceremonia hoc opere
ſed σημαντικῶς καὶ σφραγιστικῶς, ſecundùm
cramentum naturam. Debebat igitur ad
ſarius, antequam reſpondiſſet, Apoſtoli
pum ex antecedentibus cognoviſſe, &
procul dubio intellexiſſet, Apoſtolum a
mentari à ſigno ad rem. Pergit adverſ
& quædam ἀσύστατα colligit. Videamus
Pag. 87. ſint; 1. *organum eſſe teſtimonium*. Reſp. Hæc

: *ἀσύςατα*. 2. *Induisse Christum non κατ' ἀλή-*
,sed σημαντικῶς, id est, induisse est significare
isse. Resp. Non sunt ἀσύςατα, siquidem o-
nè conciliari possunt, alterum in sensu
prio, alterum in metonymico. 3. *Signum*
tantùm & Sacramentum esse; & si non sit si-
m, Sacramentum non esse, Anabaptisticum.
p. Dupliciter hîc fallit adversarius; pri-
calumniando; nuspiam enim docebit,
Sacramentum dicere signum tantùm.
m quum dico σημαντικῶς, propterea non
go τὸ σφραγιςικῶς, quemadmodum qui
it animal, non negat hominem. Deinde
it negando hoc axioma: Quod non est
num, non est Sacramentum. Est enim ve-
imum, siquidem de quocunque negatur
nus, etiam species negatur de eodem. Si-
um autem est genus Sacramenti. 4. *Infan-*
& reprobatos, induisse Christum sine medio, quia
fide. Resp. Putidum mendacium, ut o-
ndi suprà de infantibus, quomodo illi sint
censu fidelium. Reprobatis hîc non datur
cus; baptizantur quidem sæpe, sed non ut
probati, quia qui illi sint, Ecclesia ignorat;
ptizantur, ut qui in federe gratiæ sint, quia
ex charitate Christianâ sperat & judicat
clesia; interim quæ arcana sunt, relinquit
eo, juxta regulam: De arcanis non judicat
clesia. Nunquam autem hoc ἀσύςατον in
eis thesibus adversarius ostendet. 5. *Sacra-*

mentum non esse signum, postea patebit. Resp. cramentum esse signum, postea patebit videlicet in gratiam Ubiquitariorum Pontificiorum insignia Scripturæ dicta nervâsti, ex quibus hactenus ecclesia fal doctrinam de Sacramentis graviter refuta ô facinus! Huc usque de interpretati nonnullorum S. Scripturæ dictorum; se tur ut videamus ἀνασκευασίαν, quam sic vo refutationis axiomatum Theologicoru

Contra theses 13. & 14.

Pag 88. Primùm excipit adversarius, me non m strare falsitatem propositionis. Resp. Ex tecedentibus apparet satis, demonstra esse, maximè verò thesi 7. ex loco 1. Pet. 3. ubi baptisma expresse nominatur ἀντίτυ ergo typus, ergo signum: unde cum S. S ptura concludo, qui baptismum signun lutionis vocat, eum veritatem S.S. bapt minimè evacuare. 2. Petit sibi dari scri ram. Resp. En jam dedi. Considera, qu verba institutionis baptismi, quæ satis monstrant institutum esse baptismũ, ut bis esset sigillum promissionis. 3. Add autoritatem Keckermanni, sed vano co *Oppono tibi*, inquit, *unius Keckerm. quem tibi d dendum sumpsisti, autoritatem, qui dicit, no per κατάχρησιν, id est, abusum tropi has tropica cari. System. Theol. lib. 3. pag. 443.* Resp. Fa est quod dicit, me defendendum sump

Keck

kerm. Viri illius ſcripta ſatis ſeſe defen-
ıt. Vanas & ineptas rationes veſtras no-
juventuti ob oculos poſui. Pro veritate,
ı pro Keckerm. dimico. Deinde quid ad-
ba Dn. Keckerm. modò recitata ſit re-
ndendum, apparet ex Syſtem. log. lib. 2.
. poſt. cap. 2. ubi impropriam prædicatio-
n facit duplicem; alteram ratione diſpo-
onis, alteram ratione verborum: ad illam
ert prædicationem Sacramentalem im-
opriam, ad hanc non. Quòd ſi adverſarius
it Keckermanni ſententiam accipere, be-
eſt, non litigabo. Sic enim fatebitur, præ-
ationem Sacramentalem eſſe, quum ver-
propriis retentis prædicatum ſubjecto
buitur, non ob internam & eſſentialem
hærentiam, ſed ob externam relationem
unionem. Seu: Prædicationem Sacra-
entalem eſſe, in quâ propter unionẽ Sacra-
entalem, & obſignationis certitudinem res
gnificata aut ejus proprietas tribuitur ſi-
io. Manet tamen hoc, eſſe impropriam lo-
tionẽ, nec obtinet adverſarius quod vult.
icet enim quoad explicandi modum ſit diſ-
epantia, in re tamen ipsâ convenimus, ſi-
uidem modum explicandi à veteribus rece-
um ſequimur. 4. Quærit, an hæc ſit tropi-
: Baptiſmus eſt ſignum ablutionis? *Sive af-
rmes, inquit, ſive neges, tibi contradicit theſis 28.*
.eſp. Ego verò hoc mihi demonſtrari cupio.

Dico conſtanter, non eſſe tropicam, ſed pr
priam, & prædicari definitionem de defi
to. Sed minatur hîc capturã. 5. *Ex argument*
one: (dicere voluiſti, ex definitione) inqu
Metonymia ſubjecti eſt, quum nomen proprium
ſubjectæ ad ſignificandam rem adjunctam tradu
tur. Ablutio eſt res ſubjecta. Traduc nomen hu
ad ſignificandam rem adjunctam, ad ſignum, ſ
cet baptiſmum. Quando itaque nominas ablu
nem, intelligendus mihi eſt baptiſmus. Ergo abl
peccatorum ſignificat baptiſmum, quũm contra
ptiſmus ſignificare debeat ablutionem peccator
&c. Reſp. Eſt petulans & perverſa cavillat
in quâ duæ hæ res, Baptiſmus & ſignum ab
tionis peccatorum, quæ quidem τῷ εἶναι ſ
idem, non diſtinguuntur τῷ λόγῳ, quæ
men diſtinctio in tropicâ hâc explicatio
maximè attendenda eſt. Sic ratiocinatur
verſarius: In hoc enunciato, Baptiſmus
ablutio peccatorum, traducitur nomẽ *ab*
tio ad ſignificandam rem adjunctã, videli
ſignum. Ergo quũ nomino ablutionem, in
ligendus eſt ipſe baptiſmus. Siquidem ſig
ablutionis eſt baptiſmus; ideoq; ablutio p
catorum ſignificat baptiſmũ. An neſcis, q
ties tropus eſt in conſequente parte enun
ti, ejus explicationem tunc eſſe general
Pag.89 6. Venit nunc ad locũ Circumciſionis; *Se*
inquit, *circumciſionẽ propriè pactum dici, Gen. 1*
7.10. Hoc eſt pactum meum quod obſervabitis i
me & vos & ſemẽ tuum poſt te: Circumcidetur o

sculinum ex vobis: circumcidetis carnem præpu-vestri, ut sit signum federis. Ubi in ultimis (deest x *verbis*) *finis circumcisionis describitur. Pactum sive Sacramentum illud circumcisionis est confir-itio federis sempiterni. Peto a. à te, ut mihi hîc mõ-es propositionem tuam: Circumcisio est signum fe-ris. Non dicitur, sed in signũ, ut dictum.* Resp. Nil tra est oleam, nil extra est in nuce duri. Ad-rsari⁹ aut sophisticatur insigniter, aut pro-t inscitiã suam. Nam v.7. hęc leguntur ℣ba: abilio fedus meum inter me & te, ac semen um post te, per ætates suas, ut fedus sit per-tuum, me esse tibi Deum & semini tuo post . In his verbis non ipsa circumcisio dicitur dus, sed fedus indicatur in verbis ultimis: *e esse tibi Deum & semini tuo post te.* In v.10. dici-r: Hoc est fedus meum inter me & vos, & men tuum post te, ꝙ servabitis; ut circũci-tur vobis omnis mas. Circumcidetis igitur rnem ꝑputii vestri, ut sit signum federis in-r me & vos. Vides, lector, adversarium hîc ommittere crimen falsi, dum omittit in v.7. uod est præcipuum, nempe pactum ipsum roprié sic dictum; in ℣. 10. verò pactũ sive dus ponitur μετωνυμικῶς, ut declarat hoc v. .& Paulus Rom. 4. v.11. Falsum est igitur, uòd dicit adversarius, circumcisionem pro-riè dici pactũ. Imò pactum fuit ante circũ-isionem. Vide Luc. Osiand. in hunc locum. Quòd a. adversari⁹ hîc distinguere vult inter

ſignum eſſe & in ſignum eſſe, nihil eſt, & n
dum quærit in ſcirpo. Sunt enim æquip
lentia ut declarat idem Oſiander. Et ſa
quis adeò ſtupidus eſt, ut in hujus capitis
ctione non videat, Deum initio expon
Abrahamo promiſſiones gratiæ uſque ad
10. deinde demum illis obſignandis circu
ciſionem adjungere v.10. & deinceps. S
videtur adverſarius nonnihil ſui oblitus. I
tetur enim, Sacramenta V. Teſt. eſſe σημα
κά, in quo vult differre à Sacramentis N
Quòd ſi hoc, quid quæſo periculi eſt, qu
circumciſionem ſignum federis dicere ve
tur? Atque ita tibi monſtravi hanc propo
tionem: Circumciſio eſt ſignum federis.
Quærit, quæ conſequentia ſit, quum di
Sacramenta Veteris Teſtam. propriè ſunt ſig
Ergo etiam Novi. Reſp. Conſequentia eſt op
ma ex communi naturâ omnium Sacram
torum. Species enim ad ſuum genus (inte
ge genus συνώνυμον ſeu καθ' ἓν) æqualiter ſ
habent. In genere autem de Sacramentis
citur, quòd ſint ſigna & ſigilla promiſſio
gratiæ. Cupis hoc tibi ex S. Scripturâ dem
ſtrari? Sanè in genere non agit ea de Sac
mentis; neque enim logicâ methodo à P
phetis & Apoſtolis nobis eſt tradita. Su
per inductionem hoc oſtendimus in qu
de definitione Cœnæ Lutheri. 8. Dicit
ineptè occurrere tacitæ objectioni, quæ r

psorum &c. Resp. Imò verò quàm aptissè. Vultis enim inter alia & in hoc esse discrimen Sacramentorum Vet.& Novi Testamenti, quòd illa sunt signa, hæc verò non; e falsa est opinio, siquidem hoc commu- habent, ut prolixè est demonstratum. uòd addis, de modo essendi & prædicandi cipio. Qualia enim Sacramenta sunt, talia obis prædicantur. Vestra igitur proposi- hæc: Qui baptismum vocat signum ab- tionis peccatorum, evacuat veritatem S.S. ptismi, ruit & in fumos, ex quibus consu- st, evanescit.

Contra theses 15. 16 & 17.

Primò dicit, me tantùm negare, non pro- e, nisi petitione principii. Resp. Judicium mitto lectori. Sed quid homo pro re- nsione adfert? *Ideóne, inquit, concedis uni venire attributum propositionis alteri non, vide- evacuari hactenus.* Resp. At verò, quid hoc respondere? Homo nugas ænigmaticas tit. Nonne vides, meam responsionem es- directam adversus propositionis tuæ pro- ionem, quâ astruis, parem esse rationem bi & Sacramentorum in salutis negotio, oque si verbum non sit signum, sed in- umentum, etiam baptismum ita sese ha- re. Hanc probationem dum nullam esse endi, sequitur etiam, propositionem ma- re nullam. Deinde cupit ex me scire ad-

versarius, unde probem solo verbo confe[...]
fidem, non etiam Sacramentis? Resp. Le[...]
verba Rom. 10. v. 17. Fides est ex auditu, au[...]
tus per verbum. Cum his cōfer Rom. 4. v.[...]
ubi expressè dicitur, quòd Abraham circu[...]
cisionem acceperit ut esset σφραγὶς, hoc e[...]
sigillum justitię fidei. Circumcisio igitur n[...]
contulit Abrahamo fidem quam antè hab[...]
it, sed collatam fidem confirmavit, dum j[...]
stitiam fidei obsignavit. Hac in parte aut[...]
eadem est ratio circumcisionis & baptis[...]
siquidem hic in illius locum successit, Col[...]
2. v. 12. 3. *Scriptura*, inquis, *utriq; tribuit e*[...]
Pag. 90. *ctum regenerationis*. Resp. Spiritus S. causa[...]
efficiens regenerationis, Psal. 51. v. 12. 13. [...]
ad hanc rem utitur verbo ceu instrume[...]
sed liberè ad regenerationem scilicet e[...]
ciendam. Sacramentis verò utitur no[...]
regenerationem efficiendam, sed augend[...]
4. *Separas*, inquis, *verbum ab aquâ, & ita b*[...]
smum non habes. Respond. Falsum dicis, ne[...]
hoc ex meis thesibus unquã probabis. T[...]
tum abest ut Sacramenta à verbo separe[...]
Sacramenta sine verbo nulla esse consta[...]
affirmem & suprà affirmaverim. Et quæ [...]
so concludendi ratio hæc est: Ille statuit, [...]
bum & Sacramenta sese non eodem m[...]
habere in salutis negotio. Ergo verbũ & [...]
cramenta separat. Diversus n. agendi m[...]
in rebus nõ infert rerum separationem.
St.

8.v.37. inquis, *exemplum adfers adulti, ubi do-
na præceßit: quid verò fiet de infantibus qui au-
nequeunt?* Resp. per βίαιον. Imò quia do-
ina præcessit, præcessit & fides quæ ex do-
inâ est, & sic verè probavi quod volui,
mpe fidem non conferri per Sacramenta,
Sacramenta in se non habere vim fidem
ocreandi. Ad infantes verò quod attinet,
rum diversa est ratio. Nam quum illi ba-
zantur, in futuram fidem ac pœnitentiam
ut olim infantes circumcidebantur: certè
i illi adoleverint, doctrinam præcedere o-
rtebit ut ad fidẽ & pœnitentiã adducãtur.

Contra theses 18. 19. 20. & 21.

Primò dicit, me negare tantùm, non pro-
re, sic tolli discrimen Sacramentorũ Vet.
N. Test. nempe si baptismum dicimus si-
ũ ablutionis peccatorum. Resp. Et negavi
probavi. Judicet lector. 2. Conqueritur
e nolle respondere ad verba Epiphanii, &
superaddit, me nectere calumniã &c. Resp.
eò ad patrum testimonia respondere nolo,
ia non possunt esse κριτήρια fidei Chri-
anæ. Quorsum igitur attinet in iis vel
tandis vel explicandis sese macerare? Nec
opterea patres calumnior, quod hîc falsò
ihi affingit adversarius; sed illis relinquo
am autoritatẽ, q̃ consistit in orthodoxo cõ-
nsu cum eo ꝙ ex scriptura S. primùm rectè
xplicatũ est. Deinde *pervertis scilicet*, inq̃s, *qua-*

si substantiali quâdam unione in se contineant res [...] *gnatas N.T.Sacramenta.* Resp. Adversarius [...] obliviscitur in tanto discrimine. Nam p[...] 66. expressis verbis dicit, enter rem terren[...] & cœlestem esse substantialem union[...] Quod addis, me aut ludere, aut impiè neg[...] totam S.S. Trinitatem enter, præsenter & [...] tenter adesse in Sacramento baptismi, ma[...] mam mihi facis injuriam. Ostende huju[...] num apicem in meis thesibus. 3. Dicit, [...] dubitare, quo sensu Epiphanius usus fu[...] voce ἀντίτυπον: ubi iterum falsum dicit. V[...] ba mea inspiciat lector, & videbit, senten[...] am meam esse de voce illâ, quòd conven[...] Sacramentis, & quo sensu. 4. Ostendere [...] natur, dicta Joh. 14. v. 6. Hebr. 10. v. 1. Col[...] 2. v. 17. agere de discrimine Sacramentor[...] V. & Nov. Test. & quidem hoc syllogism[...] quem tanquam κειμήλιον aliquod mihi [...] servandum proponit:

Si sanguis brutorum est V.Test.& non Novi: [...] guis autem Christi est N.& non V., conseq[...]

Pag. 91. *est substantiâ differre V.& N.Testam.& [...] usq; Sacramenta.*

At prius est. Ergo. Quod si neges, extremè [...] pius eris, & sanguinem Christi affirmabi[...] substantiam circumcisionis sive agni pasch[...]

Resp. Assumptio est falsa. Nam sang[...] brutorum non est substantia Vet. Test. [...] sanguis Christi substantia est N. Test. U[...]

usu[...]

; enim Teſtamenti (loquimur de Teſta-
nto gratiæ, quod reſpectu temporis ante
oſt Chriſtum ſic diſtinguitur) una eſt &
em ſubſtantia, quæ conſiſtit in paciſcen-
us, mediatore, conditione & re promiſsâ.
iſcentes ſunt Deus & homines cre-
ntes, Veteres in V.Teſt. & nos in Novo.
robique enim unus fuit & eſt Deus; Rom.
.29. Sic utrobique unus eſt mediator Chri-
s Jeſus, qui idem heri, hodie & in ſæcula,
ebr.13.v.8. in quo uno Patri placuit ἀνακε-
λαιώσασθαι τὰ πάντα, Epheſ.1.v.10. Eſt quoq;
dem conditio, nempe fides in mediatorẽ,
æ unicum eſt apprehenſionis & applicati-
is Chriſti inſtrumentum, Act.15.v.11. Joh.
℣.56. Galat.3.℣.26.28. Res promiſſa eſt ea-
m, videlicet remiſſio peccatorum & ſalus
terna, Act. 2.℣.39. Hæc revera ſunt, quibus
eſtamentum gratiæ, ſive ante ſive poſt λό-
ν incarnatum, conſtat. Quid ergo nunc fiet
e ſanguine brutorum & de ſanguine Chri-
i? Nimirum ſanguis Chriſti utriusque Te-
amenti (quod ſubſtantiâ unum eſt, ſed tem-
ore diſtinctum) baſis & fundamentum eſt,
Act.10.℣.43. & Act.15.v.11. Sanguis verò bru-
orum in V.Teſt. minimè fuit ſubſtantia fe-
leris gratiæ, ſed typus & umbra ſanguinis
Chriſti, hoc eſt, divinum teſtimonium, quòd
credentes haberent remiſſionem peccato-
rum per ſanguinem Chriſti, qui per bruto-

rum sanguinem significabatur, sed adhuc fundendus. Eodem modo aqua baptismi, panis & vinum S. Cœnæ typi sunt, signa & testimonia divina, quòd credentes habeant remissionem peccatorum per eundem sanguinem Christi jam effusum. Est igitur sanguis Christi non substantia, sed fundamentum Testamenti gratiæ, ac proinde etiam sigillorum ad id appensorum. Deinde non video quid sibi velint hæc tua verba: *Scias, cordatiores Calvinistas negare Sacramenta utriusq; Testamenti esse tantùm σημαντικὰ*. Ubi enim ego hoc affirmavi? Idem dico non tantùm σημαντικὰ esse, sed & σφραγιστικὰ, prӕter significationem & repræsentationem agnosco obsignationem. Quod pro tertio de dicto Joh. 14. & Heb. c. adjicis, obscurum est, nescio quò spectet. Rectè quidem de discrimine V. & Nov. Test. loqueris, idem esse quod inter σκιαγραφίαν & vivam imaginem, item inter exhibendum & exhibitum Christum &c. Videris mihi tamen sic concludere velle: Quia in N. Test. prædicatur Christus exhibitus. Ergo in Sacramentis N. Test. Christus sub signis substantialiter & corporaliter offertur. Hoc si ita est, errorem erras non ferendum. Nulla enim consequentio est: In Nov. Test. prædicatur Christus exhibitus. Ergo in peractione Sacramentorum corporaliter offertur. Nihil ego nunc dico de pessimâ confusione, quâ Testamentum cum

Sac-

ramento confunditis. Pergis: *Et certè,* uis, *claritas significationis si tantùm urgenda* major *& manifestior in Vet. T. erit &c.* Resp. jor est claritas peractorum quàm peradorum: & major est in Nov. T. Spiritus S. cacia, Joël cap. 2. inq; rebus divinis major spicuitas quàm in V. T. fuit. Non igitur quòd in externis ritibus ac ceremoniis illaritas quæratur.

Contra theses 22. & 23. &c. *Pag. 92.*

Hîc exclamat adversarius, me nihil probaapud nos nullam esse probandi legem &c. terim nihil respondet, nimirum, ut moris apud Ubiquitarios, ubi solidis responsiobus destituuntur, cavillationes arripiunt. teri te, inquit adversarius, *Gutberlethe cogit* *ritas, te tuam rem sine tropis defendere non posse.* esp. Absit ut sine tropis defendam quod S. riptura per tropos defensum vult.

Contra thesin 28.

In calce suæ dissertationis adversarius colgit quædam ἄτοπα ἀτόπων, ut ipse vocat, sed dmirandâ temeritate & levitate. Videaius ea singula. 1. Dixi, nihil referre si batismus nullibi in S. Scripturâ descriptus sit ropriis verbis. Quid adversarius? *Me Christe,* nq̃t, *nunquid tam levis res, Sacramentorum verba* ullibi *reperiri?* ἀθεόλογον. Resp. Sacramentorũ verba reperiri in Scriptura nunquam negavi, neq; hoc ex meis disputationib⁹ ostendi poest. Mea respõsio in thesi est hypothetica: Si

Philoſophus, de quo ſermo eſt, hoc dixe
ſeu: etiamſi res ita ſeſe haberet, nempe
Scripturâ non extare deſcriptionem S. B
ptiſmi propriis verbis, nihil tamen refer
Fraudulenter omiſit adverſarius, quod di
Pag. 93. *propriis verbis.* 2. *Nullibi & tamen alicubi ext*
Reſp. Baptiſmi logica & accurata definit
videlicet quoad verba, in Scripturâ non e
tat; extat tamen deſcriptio rudis & vulga
Nulla igitur eſt contradictio, quia extre
non ſunt eadem. Et hoc eſt quod diximus
theſi, ex verbis inſtitutionis & aliis Scriptu
ræ locis bonam definitionem exſtrui po
3. Tertia calumnia eſt; *Definitionem bonam*
ſtrui ex non deſcriptis. Reſp. Deſcriptum e
baptiſmum in S. Scripturâ nemo negat,
quæſtio eſt, an ſit definitus ſecundùm ar
ficium logicum. Deſcriptionem rudem
vulgarem propriis verbis conceptam agn
ſcimus 1. Pet. 3. v. 21. ubi ἀντίτυπον ſalutis v
catur, & Marci 16. v. 16. Qui crediderit & b
ptizatus fuerit, ſalvus erit. Inſultat autem l
adverſarius, & petit ſibi confici definition
ex verbis inſtitutionis. Ego verò de hac
nihil quicquam dubito. Interim video, h
mini collyrio opus eſſe, ut verba mea rectè
intueri poſſit, addidi enim *& aliis Scriptu*
locis, quæ verba adverſarius omiſit. Verùm
hominis petitioni ſatisfiat, jubemus illu
inſpicere Explicat. Catechet. D. Urſini pa

3.lo

loco de Bapt. quæst. 1. item Aphorismos
. Piscatoris &c. Atque hæc est prima illa
ficta absurditas. 2. Contra responsionē
secundam absurditatem sic excipit: *Quid
io? inquit, institutionis verba, non locutiones
ramentales esse propriè intelligendas; contradi-
nem implicas.* Resp. Alia calumnia. Distin-
enim locutus sum de verbis institutionis,
de locutionibus Sacramentalibus impro-
s, quod lector manifestè videt in thesi.
lla igitur ἀντίφασις. Deinde quum dico,
propriam locutionem esse accipiendam.
διάνοιαν, regerit ille: *cujus? dicis, tuorum: Ec-
æ, id est, Papæ, ait Papista.* Resp. Per διάνοι-
ntelligo non meorum primò, sed S. Scri-
ræ. Reliqua tua verba produnt animi tui,
cio an impotentiam, an verò impuden-
n. Addit præterea: *Definitio intelligenda
priè, ut verba sonant: Omnis prædicatio facta ex
modorum prædicabilium intelligitur, ut sonat:
tibi vera non sunt.* Resp. Thebas eundum
hi est, accersitum OEdipum. Attamen at-
tabo, num quod adversarius vult, asse-
possim. Quum dico: Baptismus est ablu-
peccatorum, descriptio est, quæ fit impro-
is verbis, quia in prædicato est metony-
a, & in voce *Ablutio* est metaphora. Non
tur est definitio qualem logica ἀκρίβεια re-
irit. Deinde ꝙ dicit de prædicatione factâ
uno modorum prædicabilium, quòd sit

intelligenda, ut sonat, non nego. Sed t
non est impropria, nisi per διάνοιαν: ut, He
des est vulpes, id est, astutus & fallax. 3. In h
axiomate: Baptismus est signum ablutio
peccatorum, dicit adversarius, me nova
dere, quum tropum in prædicato statuo
delicet ablutio pro signo ablutionis; neg
enim id Paræum, negare Goclenium. R
Ponamus. Reclamant scripta nostrorum
biq; in faciem contradicunt. Nullum os
dis locum neq; ex Dn. Paræo, neq; ex Dn. G
clenio, quapropter nullam tibi habeo fid
Sed ponamus, illos ita statuere, quid ho
me? 2. Reponis mihi analysin tuam ἄλογο
quâ extorquere vis, hanc propositionem
identicam: Baptismus est signum abluti
peccatorum. Sed respondi suprà ad pag
Pag. 94. 4. Prædicationes Sacramentales impro
as posse per explicationem reduci ad pro
as, constanter affirmo; sed citra explica
nem referri posse ad unum modorum pr
cabilium, id verò pernego; quum certum
tropicas locutiones κατὰ ῥητὸν acceptas n
modo posse esse logicas. Errat igitur ad
sarius quum dicit, hanc propositionem
ptismus est ablutio peccatorũ, reducen
esse (reducere ei est idem quod referre,
sophisticatio est) ad unum modorum pr
cabilium & sic esse propriam. Reduci
potest, referri verò non potest. Sed insta

illam explicationem evertere naturam. ...d ita? *Debes, inquit, reducere propositionem lo...n ad locos logicos, & traducis ex logicâ in Rheto...n, & propriam tropicam efficis: quum contrà ...oricæ ad logicam reducendæ sint*, ἀφιλόσοφα. ...p. Imò propositionem logicam ad locos ...cos retuli, hoc est, ex inventionis locis ...aravi; sed quia propositio illa impropriis ...bis concepta est, ut clarior esset sensus, ...m logicus spectat, ad propriam locutionẽ ...n reduxi. Hoccine est naturam evertere? ... propositionibus rhetoricis ad logicas ...ucendis nescio quid dicas. Quòd si illa ...positio rhetorica dicenda est, in quâ di... est tropica, certum est illam ad logicam ... reducendam per explicationem tropi, id ...d feci. Ubi verò jam sunt illa tua ἀφιλό..., quorum me insimulas? Nempe ea fu...dum hanc propositionem, Baptismus est ...tio &c. contra te tuosq; gregales impro...m statuo. Pergis jam ad propositionem ...c: Baptismus est signum: & conaris evin..., non esse prædicationem generis de spe... hoc syllogismo:

...uod non pertinet ad quidditatem rei definitæ, 2. & essentiam non communicat speciebus æquè, 3. separari potest. 4. excludit principalem rei partem, id non est genus definitionis.

...tqui signum ad baptismum ita sese habet. Ergo &c.

Asſumptionem probat: 1. Quia τὸ ſignu
pertinet ad finem Sacramenti; unde Syllo
ſmus:

Quod pertinet ad finem rei, non pertinet ad e
dem quidditatem.
Signum eſſe, pertinet ad finem baptiſmi.
go &c.

Pag. 95. Hujus proſyllogiſmi asſumptionem
verſarius probat teſtimonio Bucani. R
Fruſtra. Debebat enim propoſitionem
miter muniviſſe, cujus falſitatem monſtr
mus in quæſtione: An fides pertineat ad
ſentiam Sacramenti, theſibus 13. & 14. earu
que defenſione ad pag. 27. 2. Quia τὸ ſign
non communicat eſſentiam ſpeciebus æq
videlicet omnibus Sacramentis in ſpe
Syllogiſmus eſt:

Quod non communicat eſſentiam ſpeciebus æ
id non poteſt eſſe genus definitionis.
Signum non communicat eſſentiam ſpeci
nempe ſingulis Sacramentis, æquè. Ergo

Reſp. 1. Propoſitio non eſt univerſal
vera, propter genus, quod vocant ὁμώνυ
ſeu πρὸς ἕν, item ἀφ' ἑνός. 2. Asſumptio
probat adverſarius: *Quis*, inquit, *eſſenti*
definiret baptiſmum & Sacramentum per ſig
Reſp. Petitio principii. Addis: *Verba inſti*
nis non patiuntur. Imò verò id maximè p
lant; ſiquidem docent, propter doctr
confirmationem eſſe inſtitutum bapti

nimirum tanquam σφραγὶς ad Evangelii
dicationem accederet. Hoc idem de-
nſtro per hanc conſequentiam: Si bapti-
s ſucceſſit in locum circumciſionis, idem
triuſque officium. At verum prius. Co-
.2. Ergo & poſterius. Jam vero offici-
circumciſionis fuit, eſſe ſigillum juſtitiæ
i. Rom. 4. ℣. 11. Ergo hodie baptiſmi mu-
eſt, ut ſit ſigillum juſtitiæ fidei. Si ſigil-
, ergo ſignum. 3. Quia τὸ ſignum ſepa-
poteſt in reprobis. Syllogiſmus eſt:

Quod poteſt à re ſeparari, id non pertinet ad rei quidditatem.

Signum eſſe poteſt ſeparari à baptiſmo. Ergo &c.

Aſſumptionem probat ab exemplo re-
borum. Reſp. Imò quia reprobis Bapti-
us non eſt ſignum ablutionis peccato-
n, ideò non eſt eis baptiſmus, non Sacra-
ntum; ac proinde, quia totum non eſt, nõ
partium ſeparatio. Ubi enim nõ eſt fides,
nihil habet rationem Sacramẽti, ut ſuprâ
cuimus. 4. *Quia excludit rem cœleſtem.* Syl-
giſmus:

Quod à baptiſmo excludit rem cœleſtem, id non pertinet ad quidditatem ejus.

Signum eſſe excludit rem cœleſtem. Ergo &c.

Reſp. Aſſumptio eſt falſa. Quî enim quod
n cœleſtem ſignificat & obſignat, eandem
cludere poteſt? Nec enim quia res cœleſtis
n latet in ſigno corporaliter & ſubſtanti-

aliter, ideo excluditur. Quòd præterea
dis, nullum ſignum eſſe ipſum ſignatum,
rum eſt; contra te profers, quia baptiſmus
eſt ipſa ablutio peccatorum. Omnia igi
quæ in hisce Syllogiſmis mihi objecit adv
ſarius, ſunt ἀθεόλογα, ἀφιλόσοφα, ἄτοπα, u
verbo Ubiquitiſtica. 5. Contra quintam
ſurditatem excepi, non eſſe neceſſariũ, om
Sacramenti inſtitutionem fieri propriis v
bis. Quid hîc adverſarius? *Memineris*, inq
eorũ, quæ ad prius dixeris: propriis & impropriis
bis accipi, contradictoria ſunt. Reſpond. Lut
cum ferro. Unum & idem axioma non
teſt ſimul propriè & impropriè accipi. F
tamen poteſt, ut una eademq́; res modò p
priis, modò impropriis verbis exprima
Deinde, *quoties*, inquit, *juſſi eſtis probare hoc*
lum Sacramentum verbis impropriis conceptum
S. literis? Reſp. Abundè hoc factum eſt. Sec
πεϱιουσίας: Panis S. Cœnæ eſt corpus Chr
Conceptum hoc eſt verbis impropriis, qu
tam clarè eſt monſtratum, ut certè ἀβεβ
διανοίας τεκμήϱιον ſit, hoc agnoſcere no
Videantur libri noſtrorum, & conferan
cum rationibus Ubiquitariorum. Dicis, pa
eſſe corpus Chriſti, quia hoc illi eſt unit
ſubſtantialiter. Ergo pari modo licet dic
Corpus eſſe animam, quia hæc illi un
eſt ſubſtantialiter. ἄτοπον. Nam per copula
onem fieri nullo modo poteſt, ut pars
pa

que prędicętur propriè. 6.Contra ſextam & ...nam abſurditatem, quæ eſt;non omnem ...ulum fidei in ſua ſede proponi propri- ...rbis, excepi, hypotheſin hanc non eſſe ...ittendam. Sed quid adverſarius? *Quia* Pag.96. ...inquit, *nimis craſſus es, remitto te ad Doct.* ...*tackerum de S. Scriptura c.de interpretatione.* ...). Qui ſemel verecundiæ fines tranſie- ...um oportet eſſe bene & gnaviter impu- ...tem. In loco citato Dn. Wittackerus ...n tibi craſſitiem mirificè ob oculos ...it cap.9. ubi in tertio medio ſcripturas ...lligendi ſic ait: In verbis conſideran- ...eſt, quæ propria ſint, quæ figurata ac ...lificata. Quando enim verba figura- ...imuntur, non ſunt propriè interpretan- ...*Miſerabilis animæ ſervitus eſt* (inquit Au- ...inus in libris de doctrina Chriſtiana ...*pro rebus accipere*, id eſt, propriè dicta ...rpretari quæ figuratè dicuntur. Hinc ...tam difficilis & tam diuturna contro- ...ia inter nos ac Papiſtas de verbis Cœ- ...quæ illi propriè, nos figuratè, intelligi vo- ...us. Hæc Wittackerus. Quod tu mihi mõ- ...e vis, hactenus non invenio apud Dn. ...tackerum, nimirum axioma hoc ab Ubi- ...ariis confictum. Omnis articulus fidei ...ua ſede proponitur verbis propriis. Eſt ...ula mendax & fallax. Loca enim ſcripturæ ...s ſunt articulorum fidei. An non prima

promissio Evangelii oratione figuratâ à D
promulgata fuit; Semen mulieris conte
caput serpentis? Gen.3. v.15. Nonne ca
primum Evangelii Johannis sedes est doc
nę de personâ Christi, & tamen figurata l
sunt: Vita erat lux hominum, & lux in te
bris lucet, sed tenebræ eam non compreh
derunt. &c. Et quis quæso ignorat non mi
esse certitudinis in locutione figuratâ, c
ad rem est apta & accommodata, quàm
propriâ? Pudeat igitur Ubiquitarios te
ritatis in falsò citandis doctissimorum vi
rum scriptis; pudeat illos audaciæ in falsis
gulis confingendis. Sequentia verba tu
propriis verbis & de sede ego profectò n
intelligo, quare ut ænigmatica tibi relinq
& ad disputationem quartam pergo.

ASSERTIO DISPUTATI NIS QUARTÆ;

Pag.97.

In quâ tractantur quæstiones duæ.

I. *An sit analogia inter fractionem panis in S. nâ, & fractionem corporis Christi?*

II. *An indigni (hoc est, infideles) in S. Cœnâ p piant rem ipsam Sacramenti, hoc est, co & sanguinem Christi?*

DE QUÆSTIONE PRIORE.

Quòd sit analogia inter fractionem panis in S. Cœnâ, & fractionem corporis Christi.

Contra thesin 1.

TRia excipit adversarius: I. Quærit, cur hîc autoritati Augustini suffra- quum tamen alibi ipsum, ut qui mihi l imperare possit, rejiciam? Resp. 1. Au- ini autoritatem non rejicio, nec temerè pio. 2. Augustini dicto usus sum, quia ve- est, & cum Scripturâ congruit. II. Dicit crimen falsi committere, quòd Ecclesias heranas dicam omnem analogiam ex S. nâ profligare, quum tamen quandam iantur. Resp. 1. Verba hæc non sunt mea. onamus esse mea. Qui negligit ritum præ- ium & summè necessarium, in quo præ- iæ analogiæ vis sita est, omnem analogi- tollere dicendus est. Talis autem ritus est tio panis, quæ nobis fractum corpus risti, 1. Cor. 11. ℣. 24. hoc est, crucifixum pter peccata nostra, in memoriam revo- Et quis nisi pertinacis ingenii homo de dubitet? Certum est enim in S. Cœnâ non recordari corporis Christi tanquam stantiæ, sed tanquam rei pro nobis in rtem traditæ, quam traditionem D. Pau- reverâ vocat fractionem, quum dicit,

quod pro vobis frangitur, ubi ad panis fracti-
nem in oculos incurrentem respicit. S
quamnam Sacramentariam analogiam
versarius cum suis condemnat? nempe
plicem. 1. quæ est communis Sacramentor
Vet. & Nov. Testam: cujus tota vis in sign
cando & obsignando consistit. 2. quæ est f
ctionis panis, de quâ hoc loco. Respond
primâ, absurdissimum esse adversarium, si
alogiam utriusque Testamenti Sacram
tis non statuit communem, id quod evid
tissimis hisce rationibus probari potest
Quia, ut Sacramenta V. Testam. fuerunt t
præfigurantes, hoc est, adumbrantes sacr
cium etiam futurum, sic Sacramenta N. T
sunt μνημόσυνα, hoc est, typi figurantes at
adumbrantes sacrificium Christi peractu
ut illud in memoriam revocent. Expressi
nim in institutione S. Cœnæ mentio fit
μνήσεως. 2. Quia omnium Sacramentor
eadem est generica forma, nempe ordin
seu institutio in verbo comprehensa, quâ
ternum elementum cum suis ritibus insti
tur, ut sit rei cœlestis symbolum. 3. Q
quemadmodum V. & N. Test. non differ
in substantia, ita & Sacramenta; Unun
nim autorem habent; unam rem signifi
tam; unum scopum; differunt non nisi in
cidentibus, videlicet ritibus: numero, m
significandi, duratione, claritate &c. R

...ur dictum est: Sacramenta Nov. Testam. ... Sacramentorum Vet. Testam. ἀντίτυπα, ... est, typos ex adverso respondentes; quod ... chrè ostendit Bucanus in Instit. loco 46. ... st. 25. De analogiâ fractionis mox pleni... nobis agendum erit. 3. Concludit adver- Pag. 98.
...us ante præmissarum probationem, ana... ...iam non posse esse in formâ Sacramento... ...m, quum in fine consistat. Resp. Sacra... ...ntorum finis præcipuus est, fidem confir... ...re; sed quomodo confirmant? nempe ...a à Deo ordinata & instituta sunt, tan... ...am signacula promissæ gratiæ de remissio... peccatorum. Quod enim in verbo pro... ...ttitur, tanquam ratum & firmum, in Sa... ...mentis obsignatur. Quis hîc non videt ...cramentorum formam ex officio, quod est ...dinatum esse ad repræsentandum & obsi... ...andum rem cœlestem, æstimari, ac proin... formam consistere in ordinatione ad fi... ...m, in quâ analogia sita est.

Contra theses 2. 3. & 4.

Malitiosam calumniam mihi affingit, ...òd dixi, ideò analogiam à Lutheranis ex... ...odi, ut eludere possint fractionem panis. ...esp. Quid verò est, quòd tantopere con... ...a illam digladiamini? calumnia tua est, ...um negas, quod tui affirmant. Deinde ab... ...rdum me vocas, quì ea negem quæ Scri... ...tura affirmat. Quid hoc? *Disertè enim,*

inquis, *Matthæus, Marcus & Lucas dicu*
Christum panem in primâ Cœnâ fregisse, & ded
discipulis, & D. Apostolus Paulus 1.Cor.11. vers.2
Pag.99. *Verbum* DEDIT *omisit, positâ tantùm voce* FR
GIT, *ut nulli amplius dubium esse poßit, fraction*
illam inserviisse distributioni, nullamq; aliam
caussam panem hunc fractum fuisse, quàm ut discip
lis distribueretur. Respond. Utrum fractio p
nis duntaxat distributioni inserviat, nunc
controversiam venit. Video autem adver
rium δίσομον καὶ δίγλωττον. Nam fraction
panis dicit modò ipsam distributionem, m
dò quod inserviat distributioni. Dein
contra sese ratiocinatur hoc modo:

Si Matthæus, Marcus & Lucas simul meminer
verborum Frangere & Dare; Paulus verò m
minit solius verbi frangere, sequitur per f
ctionem nihil aliud intelligi quàm distribu
nem.

At verum est prius. Ergo & posterius.

Nego connexum, quia nulla in eo est co
nexionis necessitas. Et causa cur Paulus p
verbum Fregit, non adjecerit, ET DED
quæ verba habentur apud Evangelistas, n
est necesse ut fingatur esse hæc, quòd per v
bum FREGIT intellexerit nihil aliud qu
Dedit seu Distribuit, quia afferri potest ca
sa alia eaque probabilis, nempe βραχυλογ
Quum enim dicit, Dominum dixisse, Ac
pite, hoc ipso significat, eum discipulis p
n

illum fractum dedisse. Hæc βραχυλογία
nifestè perspicitur ex verbis de poculo,
omittit verba quæ à Matthæo recitantur,
pè: Bibite ex eo omnes. Connexum ve-
rmum hoc est: Si Matthæus, Marcus, &
as, simul meminerunt verborum FRAN-
RE & DARE, sequitur ꝑ fractionem aliq̃d
d intelligi quàm seu dationē seu distribu-
nem. Ratio: Secus enim fœda ταυτολογία
ue ἀδολεσχία verbis Domini tribueretur.
umo, At verum est prius, concedente ad-
sario & testante αὐτοψία. Concludo con-
adversarium. Ergo & posterius.

Resp. 2. Porrò concedere possumus fra-
onem etiam inservire distributioni, sed
propterea non potest esse symbolum fra-
, hoc est, crucifixi pro nobis Christi? 3. A
bis stant verba tum Evangelistarum tum
uli. Illi enim præter fractionem memine-
nt δόσεως, ut appareat hæc distinctè esse
servanda. Apostolus verò meminit fra-
onis solius, scilicet, ut doceat, quàm ne-
ssarius hic ritus sit, adeò ut à symbolo eam
am ad rem signatam transferat, quum di-
: *quod pro vobis frangitur.* Et certè verè dici
on potest corpus Christi in S. Cœnâ dis-
ibui ὑπὲρ ἡμῶν, pro nobis. Nam verba illa
ὑπὲρ ἡμῶν idem valent, quod in remissionem
ccatorum, sicut & apud Lucam, id quod
atet ex collatione verborum de poculo, ubi

de sanguine Christi dicitur: Qui pro vo
ὑπὲρ ὑμῶν effunditur, Luc. 22. v. 20. Quil
apud Matth. per ἐπεξήγησιν additur: In
missionem peccatorum. Et quũ Lucas di
τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, certè intelligit trad
onem in mortem, quam Apostolus indi
per vocem κλώμενον. Estne igitur distri
idem quod in mortem tradi? Minimè.
thesi quartâ diximus, ex vestrâ opinione
qui ταυτολογίαν in voce DEDIT. Quid tu?
est, inquis, *ταυτολογία*, *quando id quod dice*
tur impropriè, *ἐξηγητικῶς propriè rursum dici*
Resp. Confictam hanc ἐπεξήγησιν refutat
postolus 1. Cor. 11. v. 24. & cap. 10. v. 16. Mi
a. facilitatem vestram in quærendâ ἐξηγή
ubi non est opus; rejicienda verò, ubi ma
mè est opus, & quidem ex fidei analogia,
Johan. 3. v. 5. Imò proditis ἀβέβαιον διάνοιαν
enim fractio inservit distributioni, utic
fractio propriè accipitur. Qua igitur ratio
dicis, impropriè dictum mox ἐξηγητικῶς p
priè dici? Quid vis amplius? nunquid jam t
instar Seriphiæ ranæ obmutui? 2. Pro
fensione dicti apud Esaiam, Frange esurie
ti panem, regeris me discessisse ab argume
tatione vestrâ. *Sic*, inquis, *nostri neutiqu*
argumentantur; *sed potiùs vestris argumentatio*
bus opponunt; *quando hunc in modum collig*
Fractio est solutio unius continui in multas pars
quod universale esse inficiantur, *eò quòd frang*
interd

dum idem ſit quod diſtribuere, &c. Reſp.
: totum damus, ſed ad veſtram cauſsam
c nihil quicquam ſubſidii accedit. No-
fractionem rectè vocant ſolutionem
us continui, quia fractionis vocem pro-
accipiunt, & quum de pane Cœnæ ſer-
eſt, ipſis vobis fatentibus, propriè acci-
s, quia dicitis fractionem inſervire diſtri-
ioni.

Contra theſes 5. & 6.

Hîc præmiſſis ſuo more conviciis adver-
us mihi hunc opponit ſyllogiſmum:

In quo quid de uno affirmatur, de altero negatur, in eo nulla poteſt eſſe analogia.

At quod de pane affirmatur, ſcilicet quòd fractus ſit, & comminutus, de corpore Chriſti negatur, Iohan. 19. v. 33.

Ergo in iis non poteſt eſſe analogia.

Reſp. Liceret etiam hoc modo ita aſſu-
ere: At quod in circumciſione de præputio
irmatur, quòd ſcilicet cultello abſciſſum
, negatur de corde; item quod de agno pa-
hali affirmatur, quòd igne toſtus ſit, nega-
r de Chriſto. Ergo intet circumciſionem
æputii & cordis; inter agnum paſchalem &
hriſtum nulla eſt analogia. Reſponde-
us igitur primùm ad propoſitionem, quæ
on eſt perpetuò vera; quia ſæpe uſuvenit,
t in ſimilibus de uno dicatur propriè,
uod de altero impropriè intelligendum eſt.

Sic analogia est inter aquam & Spiritum S. in ablutione; illius respectu, sordium corporis; hujus respectu, sordium animæ. At verò ablutio propriè dicta non competit Spiritui, sed aquæ, & tamen manet analogia; quia satis est si modificatè tribui potest. Sic fractio propriè tribuitur pani, impropriè verò Christo, scilicet μεταφορικῶς, dum pro passione, crucifixione & morte ponitur, quod Paulus innuit quum dicit: quod pro vobis FRANGITUR. Ex his constat, quid ad assumptionem sit respondendum. Cõcedimus, de corpore Christi negari fractionem propriè dictam, nisi quis forsan excipere velit, transfixionem clavis & lanceâ factam, quæ certè propriè videtur dici posse fractio; sed ut ut sit, corporis Christi fractio nobis est ejus passio, nempe crucifixio & mors. Sed contra hanc nostram explicationem sic excipit adversarius:

Si panifragio (ita loquitur homo derisor) *repræsentaretur passio, evidentem aliquam similitudinem cum corpore Christi passio panis habere necessum foret.*

Pag.101. *Sed vix intelligi potest, quæ sit similitudo inter corpus Christi passum & panem fractum.*

Ergo panis fractione non repræsentatur passio Christi.

Resp. Adversarius sapientiâ contendit cum D. Paulo & ipso Christo. Propositio nititur falsa hypothesi, videlicet omnem simi-

lit-

linem oportere esse evidentem. Assum-
nem concedimus, sed non nisi homini
...θεςέρῳ. Pergit, & fractionem panis repræ-
are solutionem animæ & corporis, dicit
um figmentum esse. Quomodo probat?
eretur, inquit, *quibusdam panis fracti particu-
nimam Christi, aliis verò corpus ejusdem notari.*
pondimus ad hoc miserum ἀντιπίπτον
si 13. Sed instat homo, nullam fore appli-
onem ad manifesta verba Christi: Hoc
corpus meum, scilicet, si aliis particulis a-
na Christi, aliis corpus notaretur. Resp.
mitto lectorem iterum ad thesin 13. Con-
dit autem adversarius ac si concessissemus
fictum suum πόρισμα. Ante victoriam
mphat. Cur non etiam quærit, an panis
Cœnæ carnem, ossa, nervos &c. habeat, ut
nirum analogia ipsi esset satis evidens?
ristus mortem suam vocat destructionem
pli, Joh. 2. v. 19. Quis non agnoscit analo-
m? Ergo, inquies, quædam in morte Chri-
sunt, quæ repræsentant tectum, quædam
æ parietes, quædam quæ fundamentum!
gæ sunt. Maneat similibus suum tertium,
ra quod qui abit, similitudinem habet
llam. Ultimo loco testimonium à me alla-
m ex 1. Cor. 11. v. 24. dicit non tam jùvare,
àm confundere fractionem meam repræ-
ntativam. Probat ex sensu verborum. *Sen-
enim*, inquit, *verborum hic est: Idipsum quod*

vobis porrigo & manducare jubeo, est verum, n
præfigurativum corpus æterni Filii Dei, imò cor
illud quod pro vobis frangitur & traditur, Luc. 22
19. nempe in mortem &c. Resp. Est misera p
versio verborum Apostoli; expressè enim
cit, Dominum Jesum accepisse panem, v.
eundem fregisse, accipi ac edi jussisse, addi
hisce verbis, in quibus panis officium desc
bitur: Est meum corpus quod pro vobis fr
gitur. quasi dicat; hic panis vobis non deb
esse communis panis, sed ad hunc sacrum
sum destinatus, ut sit mei corporis, qu
jamjam pro vobis frangetur, sacramentu
Hunc sensum postulat analogia fidei & i
contextus. Adversarius igitur fallit, quum
cit: *id ipsum quod vobis porrigo & manducare j*
beo, est verum, non præfigurativum corpus æte
Filii Dei, nimirum, per verum corpus intel
git substantiale corpus, & sic revera tran
ad castra Pontificiorum, qui jamdiu h
idem contenderunt. Unde liquet, verè
ctum esse, consubstantiationem esse tran
substantiationis filiam.

Contra thesin 7.

Hîc adversarius multa blaterat de Cadm
consensu, quē pro calumniatorio suo spiri
sic vocat. Ego verò ex ipso scire pervelim,
nullæ unquam dissensiones inter sui greg
homines extiterint & extent? Notum est e
emplum Samuelis Huberi, & illorum qui
jec

Ubiquitate corporis Christi consub-
iationem ex verbis S. Cœnæ defendere
ti sunt & adhuc conantur. Videat adver-
s, ne doctrinæ veritatem à consensu Ec-
æ, relictâ Scripturâ, petat, & sic Jesuiti-
larvam induat. Pro se allegat P. Marty- Pag. 102.
Wolffg. Musculum, Bucanum &c. Quid
Fractionem, inquit, *non propter repræsenta-*
m, sed propter partitionem inter communican-
ctam esse affirmant. Respond. Suprà di-
n est, non sequi: Panis fractio fit propter
ributionem. Ergo non propter repræsen-
onem. Pet. Martyr in defensione contra
dinerum loc. 1. object. 134. pag. mihi 677.
is, inquit, est signum corporis non aliter,
m fractio panis est signum passionis. Item
em in præcedentibus, Fractio non minus
gnum passionis & mortis Christi, quàm
is & vinum signa sunt corporis & sangui-
Wolffgangus Musculus in 1. Cor. 11. pag.
i 421. ad hæc verba: Quod pro vobis
gitur, poterat, ait ibi Musculus, dicere,
od pro vobis tradetur & occidetur. Verùm
ccommodaret sese Sacramentali fractio-
anis, dixit, quod pro vobis frangitur.
enim panis dum frangitur, pro illis fran-
r quibus ad edendum distribuirur,
ptereaquòd nisi frangatur, distribui & edi
uit; sic corpus Domini panis vivus de
o missus, ut cibus noster fieret, in cruce

pro nobis eſt fractum,id eſt, occiſum. H
Wolffgangus Muſculus. Cujus poſteri
verba,quæ ἀπόδοσιν analogiæ continent,
verſarius fraudulenter omiſit,quod non
hominis ingenui. De Bucano quid? Vi
antur ejus Inſtitutiones Theolog. loco
quæſt. 27. ubi firmiſſimis rationibus do
panis fractionem eſſe ceremoniam non
diam aut indifferentem, ſed eſſentialem
ſacramentalem,ad finem ſeu ſcopum, at
adeò ad formam S.Cœnæ omnino pertin
tem, ſicut & vini in poculum infuſion
Hæc ſunt verba Bucani. Vides igitur,lec
quantam injuriam faciat adverſarius Ma
ri,Muſculo & Bucano.De reliquis idem j
ca. Quod denique mihi objicit, me P.
Pag. 103. mum repudiare,& tamen in aliis disputa
nibus eo niti,admodum eſt puerile. P.R
præcepta, quatenus vera, approbo, ſi fa
non recipio. Philoſophum decet eſſe li
rum.

Contra theſes 8. & 9.

Contra reſponſionem noſtram, quæ e
theſi 9.ad principalis ſyllogiſmi propoſi
nem,excipit adverſarius,me principium
tere; dicere,ſed non probare; eſſe ſcopas
Pag.104. ſolutas. Quid ita? *Si enim*, inquit, (*quod ta*
tibi non concedo) *fractio panis propria repræſe*
metaphoricam repræſentationem (puto erro
eſſe typographicum, & pro repræſenta

n legendum eſſe fractionem) *eam aliquam venientiam habere eſt neceſſum &c.* Reſpond. metaphoris quæ aſpergit, hanc ei brevem ponſionem damus; communem ratio- n hoc dictitare, convenientiam eſſe inter ctionem & mortem. Quid enim mors ali- quàm διάλυσις animæ & corporis (niſi ſan cum Philoſophis ἀκριβεστέροις διάλυσιν m velis dicere cauſſam mortis) & quis di- it κλάσιν ſine διαλύσει partium fieri poſſe? are quod dixi repeto, eſſe in Ubiquita- petulantem cæcitatem. Contra re- nſionem ad aſſumptionem quatuor pro- exceptiones. 1. Me iterum quod dico n probare. Reſpond. Cantilena Ubiqui- is uſitata. 2. Remittit me ad Lutheri nfeſſionem majorem, in quâ dicit, eam logiam invictis rationibus refutari. Lo- n Lutheri inſpexi, nihil quod in hâc dis- atione noſtrâ non occurrat inveni. Tu is, rationes ejus eſſe invictas, ego verò di- eſſe futiles & refutatu faciles. Lubet au- e? Prima eſt, non poſſe probari, quòd ngi ſit idem quod crucifigi; ſecunda eſt, òd una eademque fractio intelligatur in ce duobus axiomatibus: Chriſtus fregit nem, & corpus Chriſti pro nobis eſt fra- m; tertia eſt, quia panem frangere idem quod diſtribuere; quarta eſt, quia in al- a Cœnæ parte nulla eſt analogia inter vi-

num & fuſum Chriſti ſanguinem. H
ſunt illæ invictæ rationes Lutheri, quib
fractionem panis crucifixionem Chriſti
præſentare negat. ô rationes vanas! prim
apertè contradicit Apoſtolo 1. Cor.11. ℣.2
Secunda eſt falſiſſima. Tertia petit prin
pium: nec conceditur ab adverſario, q
vult fractionem inſervire diſtributio
Quarta etiam falſa eſt: ut oſtendimus
theſi 20. Quâ igitur ſpe adverſus me p
duxeris confeſſionem majorem Luth
vides. Visne aliquid amplius? Ego te rel
ad ejusdem Lutheri lib. de abrogandâ M
sâ, ubi conqueritur, in celebratione M
ſæ omitti fractionem panis, ritum ſcil
præcipuum, ac proinde miſſarios longè
migrâſſe à verâ Cœnâ. Sed humanas au
ritates faciamus miſſas. 3. Exemplum a
paſchalis dicis eſſe heterogeneum, *quia*
quis, *in agno paſchali nihil eſt fractum*. Reſp.
ludis à ſcopo. Exemplo ſpeciali probavi,
ſe aliquid quod propriè fit in externo ſ
bolo, impropriè dici de re ſignatâ, ſi
gnus paſchalis, qui propriè fuit agnus, rep
ſentavit agnum impropriè dictum. 4.
cum Goclenio meo pugnare dicis, quem
fendam. Reſp. Ego verò Dn. Goclen
non defendo, ſed rationum veſtrarum f
tatem oſtendo. Neque uſq; adeò diſſen
dum puto ab iis qui transfixionem corp
Ch

risti fractionem vocant, quamvis signifi-
am fractionem malo de morte Christi in-
igere.

Contra theses 10 & 11. *Pag.105.*

Multa hîc disputantur de vocabulo *abso-*
, sed nihil definitur quod ad rem faciat.
olens volens adversarius in meam senten-
m, quâ absolutum opposui comparato,
cogitur. Quatenus enim τὸ ἁπλῶς oppo-
ur τῷ κατὰ συμβεβηκὸς mors non dicitur fra-
corporis; deinde quatenus ἁπλῶς notat
olutum, in quo nulla est determinatio,
madmodum homo est absolutum subje-
m risibilitatis, certum est mortem sic non
se dici fractionem corporis; atque hæ
e considerationes sunt extra comparatio-
n. Quid porrò? non contradicis, sed me
inctionem illam ignorare dicis, quam
è jam diu calceis, quod ajunt, contrivi
is, & aliquoties in expositione τοῦ καθ' αὑ-
καθόλου πρῶτον auditoribus meis declara-
Vide ne, quæ ante biduum tibi innotue-
t, alios ignorare existimes. 2. In allegatio-
loci Apostolici 1. Cor. 11. v. 24. dicis me cõ-
tere elenchum petitionis principii. Resp.
icet cõsueta hęc tua responsio est quoties
nus in pice hæres; quàm solida illa sit ostẽ-
nus ad pag. 99. 3. Petis tibi exemplum da-
bi fractio dicatur mors hominis. Resp.
è inveniuntur similia, quæ antea non

fuerunt, nec propterea explodenda sun
modò convenientiam habeant. Et quid qu
so obstat quo minùs mors dicatur fracti
quum sit διάλυσις totius corporis animat
inter διάλυσιν verò & κλάσιν, ut paul
ante est dictum, convenientissima sit an
logia.

Contra theses 12. & 13.

Hîc quæso te, lector, egregias has advers
rii exceptiones perpende, 1. me principiu
petere. 2. Quosdam ex meis gregalib
quos forte novi, propositionis probation
ab adversario prolatam adferre; qui aut
illi sint, mihi relinquitur divinandu
3. Dum adversario considerandam propo
regulam logicam de similibus non ni
extendendis, me potiùs bono institut
egere garrit, qui eas regulas, quas nond
vel sciam vel intelligam, inculcem, ne Ma
sterii gradum pro responsione prætend
necesse habeã. Resp. Hæc omnia quanti
momenti & quam validè meam thesin e
tant, quivis candoris amans facilè intelli
Convenientiam in fractione tibi mons
ri ad nauseam petis, nempe Solem in
ridie.

Contra theses 14. & 15.

Quæritur, an hæc similitudo bona
Quemadmodum panis patitur dum fra
tur, ita corpus Christi pro nobis in c
pass

ſſum intelligitur? Reſpondet adverſarius, e nullius aſſis, eò quòd omnis explicatio fi- debeat per ſpecialia, non per generalia. *m, inquit, quum Johannes dicitur Elias, ſimili- lo in metaphorâ non poteſt explicari, ut dicas, Jo- nnem fuiſſe hominem, ſicut Elias fuit homo, ſed aſ- nendum eſt aliquid Eliæ, quo cum Johanne con- tur, proprium, ut ſpiritus excitatiſſimus, Luc. 1. v. Jam verò τὸ pati eſt communius: anguſtius & cialius frangi. Omne enim quod frangitur, patitur, non omne quod patitur, frangitur.* Pag. 107. Reſpond. lis analogia, qualem hîc ſomniat adver- ius, à nobis non ſtatuitur. Non enim con- deramus paſſionem tanquam genus paſſi- fractionis, ſed fractio & paſſio (intelli- totam Chriſti paſſionem, à qua mors non cluditur) inter ſeſe comparantur analogi- . Ut enim per fractionem continuum diſ- lvitur in partes, unde eſt continui deſtru- io; ſic Chriſtus ſecundùm humanam natu- m per paſſionem diſſolutus eſt in partes, am diſſolutionem ſecuta eſt mors, quæ eſt tæ deſtructio. Nihil nunc dico de falsâ hy- thesi quæ eſt in verbis adverſarii, videlicet comparatione ſimilium aliquid eſſe aſſu- endum, quod ſit proprium alterius rei cō- ratæ; ſic enim aſtutia propria foret vulpe- læ in explicatione hujus ſententiæ: Hero- es eſt vulpes. De typis & umbris vide lo- m theſi 15. citatum, item quæſtionem: An

baptiſmus nullo prorſus modo ſignum di
poſſit. Breviter autem notetur ex N. Teſtam
non ſimpliciter & abſolutè ſublatos eſſe om
nes typos, ſiquidem adhuc ſunt in Sacra
mentis, ut ex ſuperioribus liquet. Nec eni
ſequitur: Sacrificia legalia in V. Teſt. fueru
typi & umbrę veri ſacrificii in N. Teſtam. o
ferendi, videlicet Chriſti crucifigendi. Erg
Sacramenta N. Teſt. non poſſunt dici umbr
typi, ſigna ejuſdem Chriſti jam crucifixi
ejuſdem ſacrificii jam oblati.

Contra theſes 16. 17 & 18.

Hîc nihil video quod reſponſione ege
niſi quod adfertur contra theſeos 18 h
verba: Si voce κλώμενον notatur diſtributi
cur Apoſtolus addidit hæc verba: ὑπὲρ ὑ
Pag. 108. μῶν? &c. Primò dicit adverſarius, me co
mitere elenchum ſyllogiſmi διὰ τοῦ ἀδυνά
Quia, inquit, *abſurdum hoc non eſt, Corpus Chr
pro communicantibus diſtribui.* Reſp. Hanc a
ſurditatem demonſtravimus ſuprà ad p.
Nam quum Apoſtolus dicit Chriſti corp
pro nobis fractū, ſignificare vult, quum n
propter peccata noſtra oportuiſſet fran
hoc eſt, in æternum à Deo ſejungi & peri
Chriſtum in corpore ſuo illam fractione
ſe ſuſcepiſſe & pro nobis ſuſtinuiſſe. Qu
enim Chriſtus præſtitit pro nobis, id nos n
tenemur pſtare. Nihil nūc dico de phraſi
qua utitur adverſarius: Chriſtus natus eſt

nos

bis. propter nos natum esse, scio, non pro
bis. Pro nobis credentibus passum, cruci-
um & mortuum esse corde credo, & ore
nfiteor. Accipimus autem, quod adversa-
dicit, Lucam exposuisse τὸ κλώμενον, quod
apud Paulum per τὸ διδόμενον. Jam verò δι-
ενον notat traditionem in mortem. Ergo
λώμενον, unde invictè concludimus, fra-
one corporis propriè significari passio-
m & mortem Christi. Quorsum igitur e-
lit distributio? Evanescit. Deinde conce- *Pag.109.*
adversarius, τὸ frangi rectè & piè quoque
plicari per tradi in mortem & crucifigi.
æro igitur ego, cur tantopere in me
vierit, quòd dixi συγκειτικῶς posse mortem
i fractionem? & cur hujus exemplum
i dari postulaverit? pag 105. Bene est, hoc
tinuimus, quòd per fractionem corporis
risti, intelligatur mors ejus, & quòd corp⁹
risti sit fractum suo modo. Quid ergo
nc obstat, quo minus fractio panis possit
præsentare fractionem corporis Christi,
e. ejus crucifixionem & mortem? Tertiò
agitat adversarius ultima verba theseos 18.
æ sunt: Quid absurdius Apostolo &c. af-
gi potest? nempe hoc modo: *Quæ Gramma-
a est, inquit, & quis sensus in fine th.18. Si ita ego
eram: quis absurdior est Gutberletho? quid volo?
mpe hoc, nihil absurdius esse Gutberl. pari modo tuæ
utionis hic erit sensus: Nihil absurdius Apostolo &c.*

affingi poteſt, ἀλόγως καὶ ἀθεολόγως. &c. Reſ
Hæc quum legerem, & reſponſionis loco
medium proferri viderem, ſuaviter ſubri
ſimulq́; hominis temulentiam admirari co
pi. Nolo autem hîc reſpondere, ſed lectore
rogo, ut adverſarii futilitatem ad mea ver
conferat, videbit in eâ vanitatem & coh
rentiam qualis eſt luti cum ferro, videlic
funiculum ex arenâ.

Pag.110. *Contra theſes 19.& 20.*

Quæſtio hîc inſtituitur; An fuſio vini
cantharo in poculum poſſit habere anal
giam cum fuſione ſanguinis Chriſti ex
tere ipſius? Nos affirmamus. Antagoni
negat. *Quando tandem*, inquit, *deſines prin
pium petere?* Reſp. Principium non peto.
quando tu tandem incipies ſolidè reſpon
re? Iterum me ablegas ad Lutheri Confeſſ
nem majorem, in qua nihil video quod
non ſit propoſitum; reſpondi ad p.104.
jicis, nullum extare mandatū de vini fuſio
R. Hinc v. non ſequitur nullã eſſe analogi
Deinde licet mandatum expreſsè poſitū n
ſit, tamē ex priori parte ἀναλόγως intelligi
& in verbis illis, Hoc facite quotiescunq;
beritis &c. implicitè continetur. Unū ad
tuo ingenio dignū, nempe violari ordin
actuum ſacramentaliū. *Nam*, inquis, *fracti
panis antecedit diſtributionem, illiq́; inſervit, ut*
Pag.111. *tea demonſtratū eſt. Ea v. vini in os infuſio ſeq
diſtri*

butionem: neq; potest dici illi ullo modo inservire
o. Temerè hîc garrit adversarius de vini
sione in os. De illâ enim ego non sum lo-
us. Sed de vini fusione è cantharo in po-
ù, q̃ deducit ad fusionem sanguinis Chri-
n cruce factam, & distributionem pocu-
ntecedit eique inservit. Sed quid audio?
tum fuit suprà ab adversario, fractionem
propriè dictam, ἐξηγητικῶς exponi per dis-
utionem; hîc verò dicit inservire distri-
ioni. Sunt igitur æquipollentia: Esse dis-
utionem, & inservire distributioni. Sed
pero ad quæstionem alteram.

DE QUÆSTIONE ALTERA.

Quòd indigni, hoc est, infideles non manducent corpus Christi.

Contra thesin 2. *Pag. 112.*

Præmissâ calumniâ, ut moris est in scholâ
biquitariorum, talis contra me profertur
logismus:

In quo objecto actio peccat, in eo etiam actionem versari necesse est.

Atqui manducatio illa Sacramentalis (indigna illa) peccat in ipso Christi corpore (sacramentaliter pani unito) teste Apostolo: quia non dijudicat corpus Christi, ac proinde fit reus corporis Christi.

Ergo in eodem Christi corpore (sacramentaliter pani unito) ipsam etiam sacramentalem manducationem versari necesse est.

Respond. Possum concedere totum hunc

ſyllogiſmum, utpote qui commodâ adhibi
explicatione noſtræ ſententię non repug
Sed quia fraus in eo latet, detegenda eſt.
co igitur, novam & commentitiam regu
nobis proponi. Propoſitionem negan
Sæpe enim actio verſatur ultra objectum
quo propriè peccat. Sic quum principis i
cujus legatus malè tractatur, peccatur qu
propriè in legato, ſed tale peccatum no
ſolo legato verſatur, ſed etiam ad princip
redundat, cujus rei exemplum habemu
Sam. 10. Sic in principis ſigillo actio ali
peccare poteſt, quæ certè non in ſigillo d
taxat, ſed etiam in ipſo principe verſat
Hinc facilè apparet, quid ad aſſumption
ſit reſpondendum, nempe, quomodo m
ducatio illa ſacramentalis (quæ talis eſt
ſpectu ordinationis divinæ per ſe, non v
reſpectu infidelis: cui Sacramentum n
eſt) verſetur in ipſo corpore Chriſti, nen
impropriè, quia propriè in ſigillo pec
quod peccatum deinde ad rem ipſam red
dat. Hîc verò ego nihil dicam de ſacram
tali unione, quæ ex tuâ opinione eſt ſubſt
tialis. Eam enim ſuprà ſolidè refutavi. Ad
cis in teſtimonium verba Apoſtoli; *quia*
dijudicat corpus Chriſti. Reſpond. Teſtimo
um contra te producis. Inſpiciantur Ap
ſtoli verba 1. Cor. 11. ℣. 28. & 29. Qui edit
bibit indignè, nempe de pane illo, & de p
cu

illo, non discernens, μὴ διακρίνων corpus mini, hoc est, hunc panem non agnos, ut par est, scilicet, ut Sacramentum & num symbolum corporis Domini. Tanunc, quòd Apostolus in illo loco non de infidelibus, sed de fidelibus Corins, qui sacra symbola ἀναξίως & irreveter tractabant. Nostra autem dissertaest de infidelibus & impiis, qui sine fide t. Accedit deinde adversarius ad secun meam responsionem, quâ indicatur, modo infideles rei fiant corporis Chrinimirum, quia injurii sunt in symbola adum usum destinata. Quid contra hoc? *nbe hoc effugium*, inquit, *jam pridem elisisse enitus contrivisse Apostolum, qui disertè affirmat, gnè manducantes reos fieri non panis & vini, corporis ac sanguinis Domini, non ideo quòd non ernant panem & vinum, sed quòd non dijudi- corpus Domini. Neque ideo, quòd indigni isti um contrahant respuendo seu repellendo corpus nini, sed indignè manducando. 1. Cor. 11. v. 27. 28.* *Pag. 113.*
sp. Elumbem hanc responsionem jam fligavimus, & ad Garamantas relegavis. Loco citato nihil tale doceri potest, quod ersarius intendit, quia Apostolus expressè uitur de manducatione panis & bibitione oculo. Sed instat. 1. *Non simpliciter*, inquit, *t Apostolus: Quicunque ederit panem indignè, sed*

quicunq; ederit PANEM HUNC, *nimirum d*
antea dixerat: Hoc est corpus meum &c. Resp
Omnia hæc largimur, neque nobis offic
quicquam. Agnoscimus enim & fatemu
postolum non loqui indifferenter de p
quovis, sed de pane eucharistico, qui im
priâ & sacramentali prædicatione est &
citur corpus Christi. Sed quid tum pos
Ergo infideles ore corporis manducant c
pus Christi? Quin potius sit concludis: E
cras Pontifex erit Lutheranus. Infideles
cipiunt panem sacrum, sed tanquam co
munem: ideoque sunt profanatores Sa
menti. 2. *Reus fit*, inquit, *adversarius, non p*
sed corporis Christi. Resp. At num hinc sequi
illum ore edere corpus Christi. Quasi v. n
possit alia ratione ejus reus fieri, nempe n
li illud faciendo, quatenus nihili facit s
bolum illius. 3. *Quæ causa est*, inquit, *cur ju*
um sibi manducet indignus? quia non discernit
pus Domini, inquit Apostolus 1. Cor. 11. v. 29. Resp
primò Apostolus non facit mentionem
cujus indigni, & quidem (ut tu intelligis)
fidelis. Sed loquitur de fidelibus indignè,
est, irreverenter edentibus. Deinde non
quitur: Iste non discernit corpus Dom
dum edit indignè. Ergo corpus Domini
ore.

Contra thesin 3.

Hîc mihi 1. objicit, quòd rejiciam aut
ta

n Augustini, quum tamen thesi 21. prio-
uæstionis de autoritate primitivæ Eccle-
gloriatus sim. Resp. Ideo gloriatus sum,
video Ubiquitarios nimium quantum
uere patribus, Luthero & aliis, & tamen
m sæpissimè ab hisce recedere. 2. opponit
i huic meæ tale dilemma:

ndigni accedentes ad S. Cœnam aut accipiunt Sacramentum, aut non accipiunt. Pag. 114.

i accipiunt Sacramentum, accipiunt etiam corpus & sanguinem Christi, siquidem Sacramentum constat non tantùm signo, sed & signato &c.

i non accipiunt Sacramentum, sequitur 1. indignis in Ecclesiâ non dispensari Sacramentum: sed panem, Sacramenti partem; cujus dispensationis utrum mandatum & institutionem aliquam habeas, ipse videris. 2. Fidem utentis constituere Sacramenti substantiam, contrà incredulitatem eam evertere. 3. Unionem sacramentalem signi & signati non pendêre à divinâ instituentis virtute, sed virtute fidei nostræ. 4. Manducationem indignorum non posse dici Sacramentalem, ut quæ nihil differat à vulgari manducatione panis communis. Absurda!

Resp. Cornutus hic syllogismus nullo
it cornu: & quod robustum videtur ad-
sario, admodum debile est. Indignos fa-
nur accipere Sacramentum, quod vi divi-

næ institutionis tale est, sibi verò non it
Offertur à Deo Sacramentum, sed infid
non accipit ut Sacramentum. Sic Evang
um prædicatur quidem reprobis, sed ab
nõ accipitur, ut Evangelium. Sed quid nu
Dicemúsne sequi ea absurda, quæ statuit
versarius? Primum absurdum nullo m
sequitur, quia dispensatio non est utentis
administrantis. Dispensatur Sacramentu
quod sæpe non accipitur, ut Sacramentu
quia non omnes legitimè utuntur. Extr
sum autem legitimum nihil habet ration
Sacramenti. Lux Solis non ab omnibus, q
bus offertur, apprehenditur. Quemadm
cæcus ꝓpter defectum visus non appreh
lucem à Sole dispensatam & oblatam; ita i
delis propter fidei defectum oblatum Sac
mentum non apprehendit. 2. Ad secund
respondeo, non esse absurdum, siquidem
utens symbolum externum tanq̃ Sacram
tum sibi accipiat, fide omnino opus est, ut
prà ostendimus: Non desinit esse Sacramen
ratione institutionis, quia hæc semper ha
annexã fidei conditionem, sive fides in ut
te sit, sive non sit. Ad tertium absurdum
respondere possumus. Pendet omnino u
sacramentalis à divinâ instituentis virtu
cujus respectu salva manet, etiam quum
cramentum administratur incredulo, sed
in incredulo deest conditio, quæ in institu

Sacramenti ab ipſo poſtulatur, reſpectu
eduli illa unio diſſolvitur. Sic in S. Cœnâ
ditio eſt fidelis recordatio mortis Domi-
, quæ quum in incredulo non ſit, panem
œnæ non accipit, ut ſacramentum, ſed ut
communem. Quartum conſectariũ ad-
rius abſurdum vocat, ſed reverâ non eſt,
turam Sacramenti penitius conſiderave-
s. Scio noſtros interdum ita locutos eſſe,
d ſenſum ipſorum eſt reſpiciendum, qui
tione ordinationis divinæ. Manifeſtum
gitur ex his, dilemma nullius eſſe roboris.
ndò in hâc th. 3. allatrat hæc mea verba:
amentum eſt ſacramentum tantummo-
i, qui fide accedit &c. Dicit maſculè hoc
tatum eſſe ſuprà in disputatione de fide
ramenti. Ego lectorem eò remitto. Ter-
mpugnat ultima theſeos hæc verba: No-
um rectè ſentientibus, Sacramentum eſt
l aliud, quàm ſignum & ſigillũ &c. Quid
erſarius? *Sacramenta*, inquit, *non ſunt in præ-* Pag. 115.
mento relationis, ſed actionis. Quare etiam li-
panis & vinum poßint dici ſigna, non tamen
ſigna ſignificãtia tantùm, ſed & exhibentia cor-
& ſanguinem Chriſti. Hinc unio ſacramentalis
in ſignificando abſolvitur, ſed in offerendo, exhi-
o, & communicando eo, quod verba inſtitutionis
t. Unde Paulus κοινωνίαν vocat, q̃ vox rectißimè
rticipationẽ & diſtributionẽ convertitur. Reſp.
o hîc ponderanda ſunt. 1. Quod dicit, Sa-

cramenta non esse in prædicamento relat
nis, sed actionis; quod simpliciter non
concedendum. Est n. vocabulum ὁμώνυμ
ut suprà in primæ disputationis assertio
docuimus. 2. Quòd dicit, panem & vinu
licet possint dici signa, non tamen esse si
significantia tantùm, sed & exhibentia c
pus & sanguinem Christi, prodit homo
am inconstantiam. Suprà enim contra
disputavit, Sacramenta nullo modo esse
μαντικά; sed μεταδοτικά, & præterea addi
hæc duo inter sese opponi, quod à nobi
refutatum in quæstione, An baptismus n
prorsus modo signum vocari possit. Sed g
deo, quòd adversarium hîc nactus sum n
ὁμόψηφον. Quando autem dicimus, panem
vinum esse signa exhibentia corpus & s
guinem Christi, id dextrè accipiendum
nempe quatenus sunt organa Spiritus S. q
bus credentes de iis exhibitis certiores f
non quòd unâ cum illis corporaliter exhi
antur, quę crassa est Ubiquitariorum opi
Nec enim Sacramentorum est gratiam c
ferre propriè loquendo, sed collatam grat
ejusque dona obsignare. Sacramenta
sunt instar μυροθηκίων, quibus inclusa esset
vina gratia. Gravis etiam error est existi
re, ideo à Paulo panem Cœnæ dici κοινων
corporis Christi, quòd hoc cum illo subst
tialiter sit unitum, sed quia panis ille tes

ur de communione illâ, quam omnes fi-
es habent in corpore Christi, siquidem
neficia morte Christi parta omnibus cre-
ntibus sunt communia.

Contra thesin 6.

Contra hanc thesin adferuntur quinque
ceptiones. I. Contra hæc mea verba: Con-
sionis verò consectarium quum nulla
rsus ratione &c. sic regerit: *Imò*, inquit,
*mè quadrat, & consequens ex antecedente opti-
deducitur. Nam si Deus non naturaliter agit, sed
gens liberrimum, æquali etiam modo se in omnia
ecta habeat necesse non est, &c. Filius quos vult
ficat.* Respond. οὐδὲν πρὸς ἔπος. Quum
m sermo sit de corpore Christi mandu-
o, utrum vivificet nec ne, adversarius re-
ndet de liberrimâ Dei voluntate, & mul-
obstrepit de agentibus naturalibus & vo-
tariis, sed frustra. Dictum profert Johan.
21. sed nec hoc hujus loci est, quia sermo
bis est de corpore Christi accepto & man-
ato, quod certè non potest non esse vi-
cum. II. Excipit adversarius hoc modo:
*nos dicimus, quòd corpus Christi manducatum
cceptum pro diversitate subjecti vivificandi &
vivificandi vim habeat. nam illud corpus, quod
iante pane in sacramento indigni manducant,
er se actu vivificum (id enim habet post factam
nem immutabiliter) Aliud verò est, aliquid per
e vivificum; aliud,* NOBIS *vivificum. Vivifi-* Pag. 116.

care enim verbum est hîc actionis, in quâ sunt age
& patiens. Neq; patientis inhabilitas adeoq; imp
dimentum tollere potest agentis δύναμιν *atq; facu*
tatem. Ipse Deus, qui essentialiter est, non desinit
vita, licèt æternâ morte afficiat Cainum, Saule
Judam, cæterosq; impios & obstinatos homines. R
spond. Multa verba sunt, quæ nihil nisi pe
tionem principii continent. Carnem Chi
sti non cuivis vivificam esse, verum est; cu
vis tamen qui illam accipit & manducat, e
vivificam, negari nullo modo debet. N
valet quicquam, quod dicis 1. illud corp
quod mediante pane in Sacramento indig
manducant, esse per se actu vivificum; qu
hanc hypothesin, videlicet indignoru
manducationem, nondum probâsti, r
unquam probabis. 2. Patientis inhabilitat
non posse tollere agentis δύναμιν atq; fac
tatem. Est enim hæc regula per se quidem
ra, sed à præsenti negotio aliena; siquidem
bi nondum concessimus conjunction
corporis Christi cum infidelibus, ex quâ co
tactus aliquis, sive substantialis, sive virtu
existere possit. Parum etiam considerate
loqueris: Dixisti enim, corpus Christi ab
dignis manducatum, esse per se actu viv
cum; hîc verò dicis, patientis inhabilitat
non posse tollere agentis δύναμιν: quibus v
bis non obscurè innuis, corpus Christi in
dignis esse vivificum, non actu, sed δύνα

nen

mpe non actu ſecundo, ſed primo, ut Phi-
loſophi loqui ſolent. III. Dixi inſuper in hac
eſi, corpus Chriſti aliter accipi non poſſe,
ſi verâ fide, quia cibus ſpiritualis ſit. Quid
? *Ut nihil jam loquar*, inquis, *de homonymia, quæ*
tet in vocabulo ſpiritualis, 1. dico petere te princi-
um, & committere fallaciam à non causâ ut cau-
Sumis enim pro conceſſo, quod nos negamus. Ver-
m Dei eſt ſpirituale, & tamen corporis auribus per-
itur. Regeneratio ſpiritualis eſt: & tamen corpora
rum regenerantur, ut dicantur templa Spiritus
2. Cor. 6. Sic omnia beneficia Chriſti piorum cor-
ibus eſſent neganda, quia omnia ſpiritualia ſunt.
eſp. 1. Utinam indicâſſes ὁμωνυμίαν in voce
iritualis, quum ſermo eſt de corpore Chri-
, quòd ſit cibus ſpiritualis. 2. Quod autem
obare vis, poſſe aliquod ſpirituale percipi
gano corporeo, id tam eſt vanum, quàm
od vaniſſimum. Exempla quæ ſubjicis, tu-
opinionem confutant. Verbum Dei per-
itur auribus corporis, ſed non niſi quate-
s eſt externus ſonus; res verò ſpirituales, q̃
no illo externo tanq̃ medio ſignificantur,
n niſi mente & intellectu fideli percipiun-
. Ex tuâ opinione ſequitur, etiam canum
rib. verbum Dei, ut rem ſpiritualem perci-
O vanitatem! Aufer ab homine intellectũ,
q̃d erit verbũ Dei niſi inanis ſonitus? Quid
o de intellectu? aufer fidem: & q̃d illi ver-
Dei? reſpondet pro me ſatis manifeſtè Epi-

ſtola ad Hebr. cap.4. ℣.2. Apoſtolus voca
verbum Dei potentiam ad ſalutem, Rom.
℣.16. Sed addit: *omni credenti.* Diſtingue igitu
inter verbum, & inter ſpirituale illud quo
per verbum nobis proponitur; illud auribu
corporis percipitur, hoc verò auribus anim
Nec magis aptum eſt exemplum regener
tionis. Quid enim eſt regeneratio? Audi tu
um Chemnitium, quem doctiſſimum Theo
logum vocas. Is in Harmon. Evang. cap. 2
regenerationem ſic deſcribit: Regenerati
inquit, ſeu renaſcentia hoc complectitu
quòd Spiritus S. tenebras noſtras, hoc e
mentem, voluntatem & cor, collatis nov
ſpiritualibus donis & facultatibus, illumin
ut regnũ Dei poſſimus videre. Et paulò pò
Complectitur etiam fructus, ut ſcilicet ef
ciamur nova creatura, creati in Chriſto
bona opera, ut novum hominum induam
qui ad imaginem Dei reformatur, ut in n
vitate vitæ ambulemus, &c. Hæc tuus Ch
mnitius, qui certè θεολογικώτερον & acco
modatiùs de regeneratione loquitur, qu
tu. Nimirum regeneratio tota conſiſtit in
luminatione mentis & renovatione volu
tatis, ut homo Deum rectè agnoſcere & c
lere incipiat. At, inquis, corpora noſtra ſu
templa Spiritus S. Rectè, inquam ego, q
anima facta eſt particeps donorum ſpiriti
lium; anima verò in corpore tanquam

o domicilio habitat, & corpore tanquam gano connato utitur. Venio nunc ad tertin membrum responsionis meæ, ubi dixi, S. cripturam non agnoscere distinctionem ter duplicem corporis Christi acceptionẽ, rporalem & spiritualem. Quid meus antanista? *Nostri*, inquit, *termino illo* CORPORAs *in tuo sensu non utuntur. Damnant enim manucationem Capernaiticam. 2. Distinguunt inter anducationem sacramentalem & spiritualem, e utraq; in verbis institutionis fundata est &c.* Pag. 117.
espondeo ad 1. Miram subtilitatem, quâ stinguitur inter corporalem & oralem anducationem corporis Christi. Vos dici, in S. Cœnâ manducari corpus Christi oiter; negabitísne manducari corporaliter? æ vos dementia cepit? Quasi verò quod oiter editur, non edatur corporaliter. Proctò tædet me harum absurdissimarum nurum. Ad 2. respondeo & nos distinguere ter manducationem sacramentalem & spiualem. Sed in definitione sacramentalis anducationis inter nos & vos non convet. Vos talem fingitis, in quâ substantialis unio signi & rei signatæ, quæ redolet Pasticas transsubstantiationis reliquias. Nos rò ex S. Scripturâ definimus sacramentam manducationem, quâ secundùm instiitionem Christi panem manducamus tannam sacrum μνημόσυνον corporis Christi

pro nobis in mortem traditi. Jubet enim Christus panem edi εἰς ἀνάμνησιν αὐτȣ̃. Ubi jam acceptio oralis corporis Christi, monstrosum illud figmentum? Síccine adversari ostendit nobis distinctionem illam ex Scripturâ? Sed quartum nunc sequitur, quod adversarius in thesi meâ carpit, ubi dixi, Ubiquitarios ne apicem quidem nobis ostendere, ex quo probari possit, quòd Christus acceptus occîdat & damnet. Quid tu regeris? *Causa, inquis, cur damnentur indigni, nō in carne Christi vivificâ est, sed in ipsorum incredulitate & impœnitentiâ. Quare propter incredulitatem manducant sibi judicium, 1. Cor. 11. v. 29. pari modo, ut verbum Dei impiis odor mortis ad mortem dicitur 1. Cor. 2. Hinc non tantùm vivificus, sed etiam judex dicitur.* Resp. Si nihil respondisses, perinde fuisset. Omnia enim hęc tibi ultrò concedimus. Sed ubi quod in quæstione est monstras? Subodoror. Fortassis ibi: *propter incredulitatem manducant sibi judicium.* Inane effugium. Incredulitatem intercludere viam ad regnum cœlorum scimus; sed sic nondum scopum, seu caput rei attingis; siquidem incredulitas Christum non accipit, sed rejicit. Unum miror, quid sit quòd loca scripturæ Joh. 5. ℣. 21. Joh. 3. ℣. 8. 1. &c. item Matth. 1. ℣. 21. Act. 17. ℣. 8. pede tam sicco præterieris. Vidisti, ut spero, me in illorum citatione tibi temeritatem tuam ostendisse. Superest jam ultima theseos particula

ul-

i dixi,blaſphemum eſſe ſi quis dicit,Chri-
m acceptum&manducatum eſſe noxium,
ambe hæc,inquis,*eſt bis cocta*.Reſp. Conſueta
c eſt tua apologia.Deinde,*in allegatione dicti*
annis, inquis, *committis elenchum confuſionis*
nducationis ſacramentalis & ſpiritualis. Dictum
uitur de manducatione ſpirituali, de quâ id conce-
ur,teipſo non renuente theſ.ult.nobis autem ſermo
de mãducatione ſacramẽtali. Reſp.Si tacuiſſes,
ctior & cordatior mihi viſus fuiſſes.Man-
catio ſacramẽtalis,quam tu ſomnias, vana
& à fidei analogiâ aliena. Subſtantialem
hriſti carnem in cœlo eſſe,nec in terram re-
turã niſi ad ultimũ judicium,credidi,cre-
o & credam.Fictitiam tuam carnem inviſi-
lem tibi relinquo, donec rectiùs ſapueris.
rgis:*Quæro*,inquis,*num blaſphemus fuerit Chri-*
s,quum ille de pane quem proditori Judæ porrige-
t,diceret, Hoc eſt corpus meum. Num blaſphemus
it Paulus, quum toti Corinthiacæ Eccleſiæ (in quâ
ulti admixti mali) cœnam adminiſtrans,itidẽ dice-
t:Hoc eſt corpus Chriſti? Reſp. Vagaris extra o- *Pag.118.*
as.1.Incertum eſt,utrum proditor Judas in-
rfuerit Cœnæ. Ex hiſtoriâ paſſionis doceri
oc non poteſt. Vide Dn.Joh.Piſcat.ſcholia
d ℣.26.c.26.Matthæi, & Dn.Zepper. de Sa-
ram.p.472.Sed ponamus,Judam interfuiſſe
œnæ inſtitutioni; ex mea tamen ſententiâ
on ſequitur,ꝗ tu vis:Etenim Chriſtus panẽ
ppellavit corpꝰ ſuũ ex inſtitutione&ordina-


tione, quo pacto Judæ Sacramentum administrare potuit, licet ille ut Sacramentum n[on] acceperit. Quod de Ecclesiâ Corinthiacâ & Apostolo Paulo profers, vix responsione dignum est. Quos enim Apostolus manifesto malos scivit, ad S.Cœnam non admisit, i[d] quod omnes fideles ministri imitantur. D[e] arcanis judicium Ecclesiæ non est commissum. De omnibus bene sperare jubet charitas.

Contra thesin 8.

Hîc adversarius duntaxat hæc verba impugnat: Verum quidem esse, non nisi eos q[ui] spirituali ore corpus Christi manducant, e[os] vivificari &c. Sed quomodo impugnat? *Scriptura*, inquit, *dicit: Edite, non credite, hoc est corp[us] meum, quod ore corporeo fieri necesse est.* Respon[deo] Christus jubet edere id quod acceperat, fr[e]gerat & dederat. Videlicet panem, sed quo modo edere jussit? In sui recordationem. Quam ob causam panem appellavit corp[us] suum, ut nimirum esset μνημόσυνον corpor[is] sui. 2. *Quum variis modis*, inquit, *indigni possi[nt] fieri rei corporis Christi, nimirum alii respuend[o] alii crucifigendo, alii blasphemando; scriptu[ra] præter hos adhuc alium modum constituit, q[uo] reatum corporis & sanguinis contrahant, inn[u]ens, eum in manducando & bibendo consistere.* Res[p.] Sine probatione tibi asserenti non credimu[s]. 3. *Recurrit*, inquis, *idem elenchus æquivocationis* [in] *voce Spiritualis.* Resp. Cupimus nobis ostend[i]

Petitum principium: κρινόμενον enim est inter & Gutberlethum, nullum alium modum perci-di corpus Christi esse quàm spiritualem. Rectè. *qua quæ alii in contrarium proferre solent, fusè olidè distinctis in locis in thesauro suo logico Anti-ermanniano confutavit Dn. Finckius. Vide ea & wisce.* Resp. Si hæc nos morderent, meritò cepta nostra bonis & cordatis viris sorde-t. Si adversarius is est qui videri vult, solidè futet hanc nostram thesin 8. Sed intactam n relinquit, &ab eâ non sine pudore disce-i, id quod trepidantis conscientiæ non le-argumentum est. Interim ne prorsus nihil isse videatur, ecce, Christiane lector, dia-icum & plusquam calumniatorium car-n ad finem adjecit, in quo λοιδορείας, qua-n maxima est in scholis Ubiquitariorum ertas, Illustrem scholã Nassovicam Her-rnensem ejusque alumnos protervè & pe-anter proscindit, imitatus illos Judæos Jo-n.8. qui post multam disputationem quam n Christo habebant, quum quod vole-nt obtinere haud possent, furoris œstro citi Christum dæmoniacum calumnia-ntur; quâ tamen calumniâ non satiati, dem lapidibus illum obruere nitebantur. ssem sanè ejusdem farinæ carmen repone-nisi vetaret quod dicitur Proverb. 26. ℣. 4. respondeto stulto secundùm stultitiam s, ne adæqueris ei tu quoque. Ego verò de-

cretum habeo cum Demosthene τὰς τῶν δι-
βαλλόντων βλασφημίας ἔργῳ ἀπολύεσθαι. Interi
apparet, quomodo Ubiquitariorum turb
suam caussam agere soleat.



ASSERTIO DISPUTATIO
NIS QUINTÆ:

Pag. 120.

De communicatione propriorum.

Contra thesin 6.

QUemadmodum Libya semper aliqu
apportat mali; ita quoq; lerna Ubiqu
taria semper portentosos & à rectâ naturâ a
errantes producit fœtus. Etenim quis absu
dum & ridiculum non pronunciaret, qu
adversarius negat, τὸ ἴδιον generis respec
speciei, quæ generi subjicitur, amplius n
esse ἴδιον, sed κοινὸν, quemadmodum gen
ipsum κατ' ἐσίαν speciebus commune est. A
tende, quæso, lector, & adversarii insulsas o
jectiones mirare. Prima est:

*Si τὸ ἴδιον generis respectu speciei, quæ gen
subjicitur, amplius non est ἴδιον, sed κοι
Ergo ἴδιον generis tollitur à genere.*

Connexum hoc probat:

*Aut enim ἴδιον generis respectu speciei manet,
non manet. Si manet, habemus quod volum
videlicet τὸ ἴδιον καὶ κοινὸν stare simul p*

Si non manet in genere, ergo tollitur à genere. Sed hoc est absurdum, quia propria à re abesse nequeunt, cujus sunt propria.

Resp. Fumus verborum est, prætereaque ...il. ἴδιον generis manet respectu speciei, ... in specie perimitur, sed non est speciei ... Nec enim confundenda est natura ge... is cum naturâ speciei. Licet enim genus ... specie arctissimè conjungatur, naturæ ... en utriusq; manent distinctæ, quod vel ... m definitiones te docere debebant. Ne... sanus dicet, essentiam generis in specie à ... ere tolli; ita quoque ἴδιον generis in spe... bus non tollitur à genere, sed communi... ur speciebus, quemadmodum & ipsa es... tia; & dum communicatur, amplius desi... esse ἴδιον, nempe respectu specierum. Si ... is ἴδιον generis esse ἴδιον speciei, dicas etiam ... esse est, generis essentiam propriam esse ... speciei. Sed quid ego hasce nugas tantâ ... onsione dignor?

Secunda objectio est:

Si ἴδιον generis est ἀχώριστον, illud ἴδιον, est planè necessarium, quia ἀχώριστα ἴδια sunt planè necessaria. Prosiliunt enim ab essentiâ & cum illâ mutuò convertuntur, quippe cui soli & semper competunt, unde etiam nomen traxére ἴδια, quasi ἀΐδια vel ἀεὶ ἴδια, quòd sint perpetua. Proprium enim apud veteres erat perpetuum. Pag. 121.

Porrò, si propria sunt planè necessaria & perp[...] tua, etiam ἴδιον generis respectu speciei [...] ἴδιον: aut non erit ἴδιον, quia quæ necessa[...] sunt, illa sese aliter habere non possunt.

Resp. Utinam mihi cum homine verita[...] amante res esset. Adversarius est κομποφα[...] λοῤῥήμων. Quid, quæso, hoc est dicere: Si pr[...] pria sunt planè necessaria & perpetua, eti[...] ἴδιον generis respectu speciei erit ἴδιον? Sc[...] velim, quâ necessitate, quáve hypothesi, co[...] sequens ex antecedente deducatur. Ubi ac[...] men vestrum logicum?

Tertia objectio:

Si ἴδιον generis respectu speciei non est ἴδιον, [...] quitur, ἴδιον esse ἴδιον, & non esse ἴδιον; q[...] contradictorium. Neq; te juvabit diversus [...] spect⁹, ut dicas, ἴδιον generis esse ἴδιον, resp[...] generis, sed κοινὸν respectu speciei. Nam q[...] semel ἴδιον, illud semper est ἴδιον, quocu[...] etiam modo consideretur. Respectus enim [...] versus rei essentiam haud immutat. Qu[...] etiam τὰ ἴδια generis respectu speciei er[...] ἴδια, aut si non sunt ἴδια, sequitur, ἴδια [...] non ἴδια.

Resp. Quod precatus sum, adhuc p[...] cor, utinam cum veritatis studiosis mihi [...] putandum esset! Utinam adversarius tene[...] leges oppositionis! An nescis, ô homo, [...] posita debere tribui eidem? τὸ ἴδιον tribui[...] generi; τὸ ἐκ ἴδιον seu τὸ κοινὸν speciei. Ge[...]

species súntne ταυτὸ, id est, idem? Profectò discipuli mei classici hoc argumentum tibi ex tempore solverent. Tua πρόληψις adeò vana est, ut respondere me suppudeat. Quis unquam regulis logicis leviter tinctus non videt, ἴδιον καὶ κοινὸν in hoc loco non dici ad idem, ut jam dictum. Si non ad idem (nam ἴδιον ad genus, κοινὸν ad speciem) certè erit diversus respectus. *Quod semel ἴδιον, inquis, semper ἴδιον, quocunq; modo consideretur.* Certè ita est, πρὸς τὸ ἀυτὸ, id est, ad idem; certè ita non est, πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο. *Respectus diversus*, inquis, *rei essentiam haut immutat.* Concedo, quid tum? Non enim logicis terminis pro diversâ consideratione mutatis, continuò res ipsæ secundum essentiam mutantur. Color propterea non desinit esse color, si modò generis, modò adjuncti, modò causæ, modò dissentanei rationem habet. Sic risibilitas æquè in specie, v.g. Petro, manet qualitas ac in genere, v.g. homine, licèt hujus sit propria, illius verò communis.

Quarta est:

Ἴδια, quæ ab essentia generis fluunt, in speciebus universis sunt. Omnis species totam generis sui naturam in se continet. Genus speciebus inest non ex parte, non huic, non nunc, sed singulis plenè, perfectè, semper. Intelligendi autem sunt hi philosophorum canones non de perfectione determinationis in essentiâ. Nam essen- *Pag 122.*

tia generis determinatur & perficitur opp
tis differentiis; neq; respectu extensionis
latitudinis, quia nullum genus perfectum
unâ specie continetur. Nam genus est nat
quædam communis, quæ multis speciebus in
Hæ multæ in unum collectæ verum genus e
ciunt. Sed intelligendi sunt de perfectione
sentiæ. Genus enim in quâlibet specie per
ctum est quoad essentiam. Sic animal est p
fectè in homine, est etiam perfectè in bestiâ
liâs enim homo non esset animal perfect
neq; bestia esset animal perfectum, quod
surdum. Si igitur genus plenè & perfectè i
speciei, & omnis species totam generis nat
in se continet, imò ἴδια generis universis sp
ebus insunt, falsum est, quod dicis Disputa
ἴδιον generis respectu speciei non esse ἴδιον.

Resp. Oceanum absurditatum & cont
dictionum. Sophista petulanter confun
doctrinã generis & speciei. Juvemus ipsu
Distinguere voluit inter duplicem consi
rationem generis, quarum altera est κατ' ὀ
αν, altera κατὰ δύναμιν, quomodo dicitur κα
λου; illo modo genus est in una specie; hoc
spectu posteriore in pluribus. Sed quid h
ad rem? Videris mihi hoc velle: Quia ge
κατ' οὐσίαν est in unâ specie, etiam propri
ejus in unâ specie est. Bene. Sed hinc non
quitur, quòd generis proprium sit propri
speciei; posterior enim consideratio non

ellenda à priori. At, inquies, generis pro-
m communicatur ſpeciebus. Ergo pro-
communicantur. Reſp. 1. Quamprimũ
mmunicantur, nomen proprii amittunt.
ſceditur à principali totius diſputationis
ſtione, quæ eſt: Omne proprium unius
ciei eſt incoõmunicabile alteri realiter di-
ſæ, ut theſis 5. indicat. Jam verò genus non
ἀντιδιῃρημένον, h. e. non contradiſtinguitur
ſpeciei. Sed videamus abſurditates tuas;
ſentia generis perficitur oppoſitis differentiis.
nc ſequitur, perfectum animal eſſe & irra-
nale & rationale; perfectum hominem eſ-
: Adamum, & Abrahamum, & Petrum, at-
: ita omnes homines per omnia indivi-
. Sed oſtendit homo ἀσεβοῦς διανοίας τεκ-
μον, quia, quod de generis poteſtate dicere
uit, per ἄγνοιαν κατὰ διάθεσιν tribuit generis
ntiæ. Ignoſcendum igitur. 2. *Nullum genus
ſectum in una ſpecie continetur*; & mox ſub-
gis: *Genus eſt natura quædam communis, quæ
tis ſpeciebus ineſt*; ἐναντία. Quia generis per-
tio in eſſentia ſuâ eſt. 3. *Hæ multæ in unum
ectæ verum genus efficiunt.* Quid audio? Er-
ſpecies conſtituunt ſuum genus! ἀτοπώ-
ον, quia ſic ſpecificæ differentiæ generis
ntiam conſtituerent. Objicis generis po-
tatem! Nihil eſt, quia ſpeciei integra na-
a ad generis poteſtatem non pertinet, ſed
neris poteſtas tota eſt in μεθέξει ſuiipſius.

Breviter: Generis potestas non est tanta,
speciei largiri possit differentiam. Deniq
insulsa & insipida est hæc tua διάνοια: Si ἴδ
generis universis speciebus insunt, falsum
quod dicitur, ἴδιον generis respectu spec
non esse ἴδιον.

Pergit adversarius ad sequentia ver
Pag.123. ejusdem theseos sextæ; *Quod dicis*, inquit, *in
dem thesi, facultatem sentiendi non esse propri
adjunctum hominis, & risibilitatem non esse prop
um adjunctum Petri & Pauli, illud in philosophiâ
strati, cujus anima est veritas, falsissimum*
Resp. Si hoc est vestratis philosophię dog
veritas non potest ejus esse anima, sed falsi
ac proinde non φιλοσοφία, sed ἀσοφία dicen
est. Verùm audiamus tuas rationes:

*Si risibilitas Petro est essentialis, utiq; etiam p
prium adjunctum ejusdem erit.*
At prius est verum. Ergo & posterius.

Respond. Quantum ego intelligo ex
strate philosophiâ, inter essentiale & prop
um adjunctum erit ἀντιστροφὴ, vel, omne
sentiale vobis est proprium. Si hoc, qu
nam discrimen statuendum inter καθ
πρῶτον & καθ' αὑτό? Ergo genus, quod hac
nus commune est omnibus speciebus,
specierum proprium adjunctum, quia est
sentiale speciebus. O absurdam in logicæ
tis cognitione ruditatem! Proprium dic
multis rebus proprium, est sibi contradic
i

genus facere eſſentiale ſpeciei à poſteri- vel proprium adjunctum eſſentiale face- priori, eſt inſcitiam artis Dialecticæ pro- . Altera ratio eſt:

uemadmodum ſenſibilitas ſe habet ad hominem, ita riſibilitas ad Petrũ ſe habet; quia ſenſibilitas (in cõtextu legitur riſibilitas errorè typographico) *homini mediatè & riſibilitas Socrati mediatè tribuitur. Jam verò ſenſibilitas ad naturam hominis pertinet, teſte Keckerm. Ergo & riſibilitas ad naturam Petri pertinet. Si hoc: aut accidens proprium aut commune erit: non commune. Ergo neceſſariò ſequitur, quòd adjunctum proprium ſit Petri.* *Pag. 124.*

eſpond. Eſt eadem crambe. Tota enim οια (potiùs ἄνοια) hæc eſt: Si riſibilitas ad ıram Petri pertinet, eſt ea vel accidens prium vel commune. Atqui non eſt acci- s commune. Ergo eſt proprium. Reſpon- breviter, eſt fallacia παρὰ τὸ ἐλλειπὲς τῆς δι- σεως, adde: vel genus, vel accidens generis, od licet commune ſit, tamen eſſentiale eſt. la enim eſt hæc tua ratiocinatio: Hoc ac- ens eſt commune, ergo non pertinet ad ntiam ſubjecti; quia quædam communia identia eſſentialia ſunt, nempe quæ cum ıere ingrediuntur ſpeciei conſtitutio- n; propria a. ſunt illa accidentia, quæ à mâ ſeu differentiâ fluunt. Sic ſenſibilitas

eſt adjunctum hominis commune eſſentia quia homini ineſt per ejus genus quod eſt animal; riſibilitas eſt adjunctum Petri commune eſſentiale, quia Petro ineſt per ejus genus, quod eſt homo. Nam proprium adjunctum generis eſt commune adjunctũ ſpeciei utrobiq; eſſentiale. Notabit autem hîc lector me loqui ex ſchola P. Rami, qui hominem vocat genus ſingulorum hominum lib. I. Dial. cap. 27. Tertia ratio eſt:

Quæcunque propoſitio eſt καθ' ἀυτὸ, in illâ prædicatum vel eſt de eſſentia ſubjecti, vel eſt eſſentiale ſubjecto.

Atqui in hac propoſitione: Petrus eſt riſibilis, propoſitio καθ' αὑτὸ. (ſcilicet non in primo modo dicendi per ſe, ſed in ſecundo, idq; non ſimpliciter ſed reductivè, vel quod idem eſt non immediatè ſed mediatè) quia ſubjectum eſt in definitione prædicati. Petrus enim per riſibilitatem definitur. Deinde quia tanquam neceſſaria, perpetua & immutabilis affectio Petro tribuitur &c.

Pag. 125. *Ergo &c. Et per cõſequens riſibilitas eſt ꝓpriũ adjunctũ Petri, ꝙ tu diſputator ἀφιλοσόφως negâſti.*

Reſp. Antequam reſpondeam, monendum mihi aliquid eſt de ꝓpoſitione καθ' αὑτὸ. Ariſtoteles lib. I. poſt. cap. 4. τὸ καθ' αὑτὸ & καθόλȣ πρῶτον indifferenter accipit, unde liquet τὸ καθ' αὑτὸ eſſe ὁμώνυμον. Aut enim c

P

nitur τῷ κατὰ συμβεβηκὸς, id eſt, per accidens,
ic generalius eſt, quàm καθόλου πρῶτον, ut:
mo eſt ſenſilis. Nam ſenſile eſſe ineſt ho-
ni per ſe, non per accidens. Aut opponitur
δι' ἄλλο per aliud, & ſic prorſus idem eſt,
od καθόλου πρῶτον: ut, Homo eſt riſibilis,
mpe per ſe, non per aliud, quo modo non
itur ſenſilis. Alios modos τοῦ καθ' αὑτὸ huc
on pertinentes omitto. Reſpondemus igi-
r ad ſyllogiſmi aſſumptionem, hanc pro-
ſitionem: Petrus eſt riſibilis, eſſe καθ' αὑτὸ
atenus opponitur τῷ κατὰ συμβεβηκὸς, quia
ibilitas nō ineſt Petro per accidens, quem-
modum doctrina ei ineſt, ſed per ſe, quia
ſi eſſentialis; non verò quatenus opponi-
r τῷ δι' ἄλλο, quia reverâ Petro tribuitur,
on quatenns Petrus eſt, ſed δι' ἄλλο, nempe
uia homo eſt. Niſi enim homo eſſet non
ſet riſibilis. Jam perpendatur, ad utrum
αθ' αὑτὸ referatur proprium adjunctum eſ-
ntiale; certè, ipsâ ratione dictitante,
d illud quod opponitur τῷ δι' ἄλλο, quia
mmediatè fluit non è ſubjecti genere
ſic enim commune foret) ſed à ſubje-
ti formâ, quæ quum propria ſit ſubje-
ti, inde quoque adjunctum hoc proprium
it neceſſe eſt. Jam verò riſibilitas tribui-
ur Petro οὐχ ᾗ αὐτὸς, id eſt, non quatenus Pe-
rus eſt, ſed δι' ἄλλο, quatenus Petrus homo
ſt, ut modo dictum. Vides igitur adverſarie,

quàm nullum ſit πόρισμα tuum, quod ex ſy-
logiſmi tui concluſione effodere voluiſti:
quàm vanum quoq; ſit, quod dixiſti, Petrum
per riſibilitatem definiri. Debuiſti dicere, ri-
ſibilitatem definiri per Petrum, (quod æquè
falſum eſt) quia in ſecundo modo dicendi
per ſe ſubjectum eſt de definitione prædica-
ti, hoc eſt, prædicatum definitur per ſubje-
ctum, ut riſibilitas per hominem, non ho-
mo per riſibilitatem. Hoc ſi intellexiſſes, tam
pueriliter non erráſſes. Nec eſt ullius mo-
menti quod pag. 125. contra meam regeſtio-
nem, quam tibi ſomnias, profers de duplici
acceptione τῦ per ſe; jam enim hanc tuam
πρόληψιν anteverti. Dicis, propoſitionem de
quâ agimus, eſſe καθ' αὑτὸ, quatenus opponi-
tur τῷ κατὰ συμβεβηκὸς, id quod in tuum damnú
ut audiviſti, tibi concedimus. Ut omnem er-
rorem tuum breviter comprehendam, en hic
eſt, quod putas, quicquid eſt neceſſarium eſ-
ſentiale & perpetuum, id continuò eſſe ad-
junctum proprium eſſentiale; hoc enim ad-
junctum præter neceſſitatem & perpetuita-
tem, q̃ κατὰ παντὸς faciunt, pręter eſſentialitatẽ,
unde καθ' αὑτὸ pendet, etiam requirit ᾗ αὐτὸ &
æqualitatem, unde emergit reciprocatio &
καθόλου πρῶτον. Quæ jam ſequuntur pro quar-
tâ ratione, ex ſcholâ Dn. Goclenii & Dn.
Kekermanni, breviter ita habent: Dn. Gocle-
nius parte 3. probl. log. 33. diſputat, an quum
dico:

o, Socrates eſt γελαςικὸς, ſit κ^{τ} παντὸς: concludit eſſe propoſitionem neceſſariam, quia de ſubjecto Socrate eſſentiale & perpetuum eo, quo antè meminimus, modo adjectum prædicatur. quo igitur modo? videlicet non quidem ſummè (ut hæc eſt, homo eſt γελαςικὸς) ſed ſecundùm quid, quia admiſtum habet aliquid contingentiæ & accidentarii, quum per & propter hominem γελαςικὸν ei inſit. Hæc Dn. Goclenius, cujus verba pro me contra te facere omnibus eſt manifeſtiſſimum. Quod ad Dn. Keckerm. dictum eſt, ejus Philoſophiam eſſe Ariſtotelicam, quapropter cum Ariſtotelicis loqui voluit, in loco de ſpecie & individuis. Interim hoc tibi perpendendum relinquo, Dn. Keckermannum non dicere, quòd proprium ſpeciei ſit proprium hujus vel illius individui, ſed, ut ipſe citâſti pag. 127. quòd conveniat uni ſoli ſpeciei, & omnibus individuis; idque rectè dixit Keckerman. nec eſt alienus à meâ ſententiâ, licèt verbis discrepemus nonnihil. Quòd enim in hoc loco ille ſpeciem vocat, ego more Rameo genus, & quod ille individua, ego ſpecies. Hoc idem tu confirmas exemplo ex Keckerman. allato: Riſibilitas primò ineſt homini in ſpecie ſeu καθόλȣ, ſecundariò ineſt Petro. Nota bene, quòd dicit καθόλȣ, quaſi dicat, eſt ἴδιον generis; deinde, quod dicit Pag. 127.

secundariò, quasi dicat, ἴδιον generis compet speciei, vel si mavis peripateticè, ἴδιον spe ciei competit individuo; sed non dici quod individui ἴδιον sit. Non enim quod a licui convenit, continuò ejus ἴδιον est. V des ergo, adversarie, quàm longè à scopo ab erraveris, & quantum absit, ut hac in re Dn. Goclen. & Dn. Keckerm. mihi contradican vides etiam quàm fixum & immotum st hoc axioma: ἴδιον generis respectu speci amplius non est ἴδιον. Ut rem breviter abso vam, contemplandum tibi relinquo hun syllogismum: Adjunctum proprium essen tiale inest suo subjecto primò, immediatè & reciprocè. Risibilitas non inest Socrati pri mò, immediatè & reciprocè. Ergo risib litas non est proprium adjunctum essentia Socratis. Si solveris, Phyllida solus habeto.

Pag. 128.

Contra thesin 7.

Sic ergo cognovimus, proprium uni speciei non communicari alteri speciei ab i lâ realiter diversæ per μέθεξιν; nunc porrò co gnoscamus, an talis communicatio fiat p συνδυασμὸν? Nos negamus, adversarius a firmat. Quibus machinis utatur contra th sin nostram septimam, dispiciamus. Sunt a tem potissimùm quatuor. 1. Concedit diff rentiam esse inter unionem & communic tionem, sed vult ut probem, quòd unione non sequatur communicatio. 2. Non conc

ò Uniri & Communicari ab Ubiquitari-
onfundi. 3. Definitiones meas, quibus U-
nem & Communicationem ſaltem de-
pſi, eludere conatur. 4. Dicit ſe συνδύασιν
vocare communicationem. Ergo de
no; cupit à me probari quod eſt manife-
ſimum, nempe partium unione non fieri
ntialium proprietatum partium inter ſe
nmunicationem. Hîc v. quanquam ex le-
imæ disputationis præcepto ipſi incum-
t probatio, non tamen ſtricto jure cum eo
am; In hominis conſtitutione partes ſunt
ima & corpus; harum partium fit συνδυα-
ὸς καὶ ἕνωσις, quod eſt extra controverſiam,
tamen quod uni parti eſt eſſentialiter pro-
rium, nullo modo communicatur alteri.
ec enim eſſentiales facultates intelligen-
i & volendi, quæ inſunt animæ, corpori
ommunicantur; & viciſſim corporis eſſen-
ales facultates, ut videri, palpari, & contre-
tari poſſe, communicantur animæ. Sic vi-
a, quæ animæ eſt eſſentialis, cum corpore
non communicatur; nec vita corporis eſt in
nimâ, tanquam in ſubjecto δεκτικῷ, ſed eſt
ab animâ tanquam à causâ efficiente. Ca-
lor eſſentialis ignis in συνδυασμῷ cum fer-
ro non communicatur ferro. Quod dictum
eſt, probo vulgato & ipsâ ratione com-
probato canone: Unum numero accidens
non poteſt eſſe in diverſis numero ſubjectis,

Hic canon est verus, etiam de iis subjecti quæ sunt συνδεδυασμένα. De secundo, notu est, Ubiquitarios non abhorrere ab hac l quendi formâ: λόγος est communicat carni, caro communicata λόγῳ. Vide Hunn um de personâ Christi, quæst. Facta igitur e assumpta humanitas personæ τοῦ λόγου reve κοινωνὸς? Quidni &c. Item in quæst. Qual est unio, & quomodo eam definis? Res Sed scil. λόγος se totum illi, nempe natur humanæ, communicando unum cum ea ὑφ στάμενον constituit &c. Quin imò ex ipsorur hypothesi necessariò sequitur phrasium illa rum confusio. Si enim essentiales proprieta tes communicantur, utique res ipsæ, quarum illæ proprietates sunt, communicentur ne cesse est. De ipsis autem rebus, sive subjectis dicitur quòd uniantur. Hîc non potes elab quæcunque σοφὰ φάρμακα adhibeas. Quun tuæ confessionis homines voco Ubiquitari os, nulla est calumnia, ut tu dicis; sed quum falsâ suâ doctrinâ ita appellentur, σκάφην dix σκάφην. De tertio. Meas definitiones, nem pe Unionis & Communicationis, accusa partim falsitatis, partim ambiguitatis. *Defi-*
Pag. 129. *nitio, inquit, Unionis, si accipiatur de Unione na turali, tum quodam modo admitti potest; sin verò d unione personali, quæ ἄῤῥητος καὶ ἄφραστος est, propter ambiguitatem admitti non debet. Unionem enim vocas totius compositi in unitatem copulatio- nem.*

Respond. 1. Pervertisti mea verba, quæ habent: *Uniri est in unitatem totius compositi* ...*ari*, unde emergit hic sensus: Unio est ...latio in unitatem totius. Tua verò per... verba sonant copulationem totius ...positi, quam ego non statuo. Partes e... copulantur, non totum. Deinde per to... hanc paginam futiliter disputas de vo... Copulationis, & tandem subjicis, etiam ...osatenum usum esse hâc voce, quâ ego ..., me cum eo consentire, eò quòd thesi ... communicationem divinæ majestatis ...sus negem &c. Quid hoc rei? si usque ... fastidis vocem copulationis, cur græca ...υασμὸς tibi placet? calumniam quâ me ... Samosateno consentire dicis, non mo... Est enim vobis hominibus calumniandi ...dmodum usitata. Samosatenus negavit ...nam naturam Christi, & contendit, λόγον ... Evangelio Johannis esse non ὑφιστάμενον, ... evanescentem sonum promissionis. ...d hoc ad me? Bella consequentia: Ille ...at transfusionem proprietatum divinæ ...uræ. Ergo ipsam divinam naturam negat. ...rò quid prohibeat, quò minus dicere ...im, λόγον humanam naturam in unita... personæ sibi copulâsse, hactenus certè ... video, quamvis interim non diffitear, ...abulum Unionis esse significantius & ac...mmodatius; utut sit, rei ipsi nihil decedit,

ſiquidem copulatio hîc inſtar generis eſt. S
quid in communicationis definitione adve
Pag.130 ſarius deſiderat? In phraſi *ſibi ſumere* ſubti
tatis magiſtrum ſe declarat. *Tripliciter*, inqui
accipi poteſt. 1. de tali communicatione qua prop
etates unius ſubjecti numero eædem alteri ſubje
κατὰ κτῆσιν, χρῆσιν καὶ κατηγορίαν communicant
ita tamen ut non deſinant eſſe proprietates alte
ſubjecti. Reſp. Purum putum figmentum e
ſeipſum evertens. 2. *De tali communicatione,*
unius ſubjecti proprietates alteri ſubjecto commu
cantur ἐνυπαρκτικῶς, & φυσικῶς ei inſunt. Re
Hominis ocioſi hoc commentum eſt, qu
ſanæ philoſophiæ adverſatur. 3. *De ejus*
di communicatione, qua ſubjectum ſecundari
à ſubjecto primario accipit proprietates, non nu
ro eaſdem, ſed numero diverſas, hoc eſt, ſimiles q
litates à ſubjecto primario in ſubjecto ſecund
productas & generatas. Reſpondeo. De
quid ſtatuam, ſuprà prolixè de proprio
neris diſputavi. De quâ igitur communic
Pag.131. one ſermo eſt? Reſpondet adverſarius, d
quæ eſt κατὰ συνδύασιν. Ego verò dico, hanc
nullam, quia in συνδυασμῷ partium prop
etates manent ſalvæ & integræ, nec inter
communicantur, quod adeò verum eſt
contrarium in omne ævum doceri nō po
Quid ergo obtinuiſti hac triplici accepti
phraſeos *ſibi ſumere*? nihil certè, niſi quod
mos vendidiſti, & inanibus literis char

compl

lêſti. Non n. inde negari poteſt quod in
eſt, videlicet communicari eſſe quando
n ſibi ſumit quod eſt alterius. Sed pergis.
inquis, *inde ſequeretur, filium Dei humanæ
e in unitatem perſonæ aſſumptæ non easdem
ro, ſed diverſas, hoc eſt, ſimiles, ut tu cum Tim-
nugaris, vel proprietates, neq; increatas neque
as, ſed intermedias, quæ increatis proprietatibus
ores ſed creatis ſuperiores ſint, ei communicare,
nniat Danæus, de quâ re paulò pòſt.* Reſpond.
cio certè quorſum hæc dicantur. Licet
en divinare. Diximus in disputatione i-
m in ferro ignito nõ communicare ferro
eſſentialem calorem, ſed in eo producere
rẽ numero diverſum à ſuo calore. Hinc
tur adverſari⁹ hoc abſurdũ deducere vel-
ꝑ ſtatuam, divinam naturam in perſonâ
riſti nõ quidem cõmunicare humanæ na-
e ſuas proprietates, ſed in humnâ naturâ
iles efficere. Hoc ſi ita eſt, ſciat adverſari-
in mentem mihi hoc nunquam veniſſe,
teſtatur disputationis theſis decima, in
hanc opinionem expreſsè improbavi.
nc ad quartum pergo, ubi dicis te συνδύα-
non vocare communicationem, contra
ima verba theſeos, & addis, me crimen fal-
ommittere, & ſententiã veſtram non per-
ere; συνδύασιν vocas cauſam, communica-
nem effectum pag. 132. Ego verò memo-
e tuę labilitatem ſatis mirari non poſſum.
eus bone vir, ingredere mecum ipſum

ſchediaſma, contra quod disputatio mea i-
ſtituta eſt, invenies pag. 122. & 123. prioris e-
tionis (hanc enim ad manum habui) h-
verba: *Atqui apud Ariſt. 1. ſignificat* (ſcil. Co-
municatio, ut ex ſerie context⁹ liquet) μέθε-
*ſive participationem &c. Deinde ſignificat copula-
onem cum ſubjecto, in quo res eſt, conjunctione
concretionem, græcè συνδύασιν, id eſt, interpr-
Theod. Gaza, aſſociationem, συνδυασμὸν, id e-
Continuationem &c.* Recollige, quæſo, mem-
riam tuam, inſpice locum, & videbis in lo-
citato Communicationem explicari per συ-
δυασμὸν, ac proinde συνδυασμὸν dici com-
municationem. Quare cujus me inſimul-
criminis, tu ipſe reus es. Quàm bellè igit-
inter Cadmæos Ubiquitarios convenit! S-
quomodo tandem concludis hujus me-
Pag. 132. theſeos confutationem? *Sic igitur habe*, i-
quis, *συνδύασις eſt medium, quo mediante unu-
ſubjectum alteri à quo realiter differt, unitur, e-
demq́ ſuas proprietates eſſentiales verè & realit-
communicat. Communicatio v. eſt effectus ex uni-
ne duorum ſubjectorum ortus.* Reſpond. Verb-
poſteriora eſſe falſiſſima, ex modò dictis lu-
culentiſſimè demonſtratum. Præterea nih-
addo.

Contra theſin 8.

Hîc adverſarius oſtendit aut ingenii h-
betudinem, aut conviciandi libidinem. Pri-
mò ſic argutatur:

Qui

uicunq; perſonam de perſonâ prædicari ſtatuit,
ille eſt Neſtorianus.
alyticus hic (me intelligit) *etiam perſonam*
de perſonâ prædicari ſtatuit, nempe quum
dico: Chriſtus eſt homo, ut adverſarius
in ſequentibus exponit.
rgo eſt Neſtorianus.
obat aſſumptionem. *Nam,* inquit, *ſi ve-*
ſt, quòd homo ſignificat perſonam, ut dicit cum
nio in controv. logic. parte 1. cap. 15. quæſt. 3. ſe-
, quòd in hâc propoſitione: Deus eſt homo; ho-
Deus, perſona de perſonâ prædicetur. Reſp.
citiam logicam! 1. Craſſus es, dum non
igis verba mea ſatis clara & perſpicua.
is non loquitur de propoſitionibus il-
as tu mihi affingis: Aliud enim eſt di-
Chriſtus homo; aliud, *Chriſtus eſt homo*; ali-
, *Rodolphus Imperator,* & *Rodolphus eſt Impe-*
Si dico, Rodolphus Imperator, ſenſus
on hîc aut ille Rodolphus, ſed qui Im-
or eſt, ad differentiam aliorum Rodol-
um. Eadem eſt ratio, quum dico, Chri-
omo. Erras non leviter, ſi putas *ἰσοδυ-*
ν eſſe in his: *Chriſtus homo*; & *Chriſtus eſt*
illic enim eſt conceptus ſimplex; hîc
ntegra enunciatio. Atque hoc ſatis ex-
mus in theſi, modò tibi fuiſſet lumen
um. Jam, opinor, vides ô homo, quàm
as ſit à propoſito ſyllogiſmus tuus malè
tus, ad quem non ex debito, ſed ex lar-

gitate meâ breviter respondeo, assumpti
esse enervem & elumbem; nam quum d
Christus est homo, regularis & ꝓpria est
catio, nēpe generis de specie, perinde ac
cas, Petrus est homo. Quicquid enim ho
secundùm essentiā competit, de Christo
& regulariter enunciari potest. Secundò
Pag. 133. gis, sed nihil promoves. *Quòd distinguit, in*
analyticus inter phrases illas: Christus est homo,
mo est Christus, ridiculū se præbet. Diversus n. te
norum situs aut positio ipsam terminorū essentiā
immutat. Jam v. homo significat personam, qu
prædicatur de Christo, juxta analyticum nostr
juxta eundem, personā significabit, quando Ch
de homine ꝑdicatur, & per consequens ineptum
diculum est, quando inter duas illas propositione
mo est Christus, & Christus est homo, discrim
nat, & priorem approbet, posteriorem v. hærese
guat. Resp. esse ἀδολεσχίαν, ut ex jam dicti
dere est. Nec enim adversarius rem ipsa
tingit, sed omnia inconsideratè dicit.
culus profectò est si dixerit, hæc æquipol
Homo Petrus & Petrus homo; nam in p
determinatur communius, videlicet Ho
per speciem suam vel individuum quo
Petrus, & intelligendum relinquitur, p
esse homines quàm Petrum; in posterio
aliter se habet, ubi absurda est determi
Petri ꝑ hominem, quasi quidam Petrus
q̄ non esset homo. ἄλογον est speciem d
mi

per genus. Hinc propositio hæc: Christus est homo, est ordinata; hæc v. Homo est Christus, est inordinata, sed simplex hic conceptus, Christus homo, ineptus est, quia, ut nium est, genus determinare speciem non est. Sed quid ego tibi in meridie cœlo seo Solem monstro? Quod dicis, me hanc propositionem: Christus est homo, hæreseos iere, falsum est, nec ex thesi meâ demonri potest. Superest tertium.

ui dicit phrasin illam: Christus est homo, non esse sanam, sed Nestorianam, ille Spiritui S. Evangelistis & Apostolis Nestorianismi notam inurit.

tqui Analyticus noster dicit phrasin illam: Christus est homo, non esse sanam, sed Nestorianam. Ergo &c.

Resp. Est mera calumnia & petulans perosio meorum verborum, non nisi Ubiquio spiritu digna. Tu propositionem proquæ tamen probatione hoc in loco non t. Si assumptionem probaveris, ero is em tu me esse calumniaris. Apparet cujus itus filii sitis, non qui est Spiritus veritased mendaciorum & calumniarũ. Quarn & ultimum hoc est:

concretum illud, Homo, supponit pro personâ Christi, q. est Deus & homo, sequitur quòd propositio illa, Homo est Christus, quâ analyticus noster utitur, sit identica. siquidem idem de seipso praedicatur, quia Christus, ut Damascenus inquit, est connotativum utriusq. naturæ, & concretũ homo *Pag. 134.*

totam personam constantem ex divinâ & [hu-] manâ naturâ significat, teste Analytico [no-] stro, itemq; Goclenio in controv. log. part. 1. [c.] 15. quæst. 3.

Sed verum est prius. Ergo & posterius.

Resp. Atque ita mentitur, sic veris falsa miscet. Falsum est, quod dicit, me uti [h-] propositione: Homo est Christus; Ver[um] est, quod dicit in loco de personâ Christi, Homo notare totam personam, quia est v[ox] concretiva. Rogo candidum lectorem, ipse disputationis meæ thesin hanc octav[am] inspicere haut gravetur; deprehendet, [sat] scio, adversarii impudentiam, & injuria[m] quâ me afficit. Breviter rem sic habe: *Chri[stus] homo*, non est idem, quod *Christus est homo*. I[tem] inde, *Homo Christus*, idem est, ac si dicas: H[o-] mo ille qui est Christus; Nec æquipolle[nt] *Homo est Christus*, & *Homo ille qui est Christus* [&] *Homo ille est Christus*. In primo enim est prop[o-] sitio inordinata; in secundo est concep[tus] simplex, quia non est perfecta sententia; [in] tertio est propositio ordinata & legitima, [vi-] delicet singularis, ut liquet ex pronomi[ne] demonstrativo, prædicaturq; adjunctum [of-] ficium de subjecto, perinde ac si dicam: H[o-] mo ille est consul.

Contra theses 9. & 10.

Adversarius hîc contra me duo poti[ssi-] mùm agit; primum est de similitudine

ar

nâ & ferro ignito, quâ Ubiquitatis pa-
i conantur probare communicationem
prietatum in naturis Christi. Alterum est
ltimis verbis theseos decimæ, in quibus
prietatum essentialium μετάβασιν καὶ με-
σιν rejicio, retentâ ἐνεργήσει. Quod atti-
ad primum, negat commissum esse elen-
m similium in syllogismo thesi nonâ
posito, contrà ac nos respondimus in
i 10. Negationis autem suæ quatuor ad-
rationes, quarum prima est: *Non enim, in-
, collationem sic instituit, ut tu ei affingis. Di-
ue igitur inter modum unionis & communica-
is generalem & specialem. Generali modo hæc si-
a adhibuit, non speciali. Comparatio ipsius talis
Quemadmodum ignis ferro ignito, & anima
ori essentiales suas proprietates communicat, ita* Pag. 135.
*m ὁ λόγος essentiales suas proprietates commu-
it carni assumptæ.* Resp. Quid, quæso, hoc
dicere? Distinguis inter modum dupli-
n unionis & communicationis, videlicet
neralem & specialem; & tamen proponis
ogismum sensu prorsus eundem, quem
thesi nonâ collegeram. Lector videat lo-
m. Altera ratio est, quâ me reprehendis,
òd pro voce SICUT substitui vocem
uemadmodum, & distinguis inter tripli-
m acceptionem vocabuli SICUT, quòd si-
ificet 1. æqualitatem. 2. παράδειγμα. 3. ὁμοιό-
τητα. Addis, hoc in loco sumi in tertiâ signi-

fication e. Bene, & meæ sententiæ congrue ter. Quid porrò? *Comparatio*, inquis, *institui inter hosce unionum & communicationum mo non quidem in sensu speciali, sed, ut dixi, in sensu nerali; vel, quod idem est, in ipsâ rei veritate; hoc m do: Sicut, i. e. quàm verè, ignis proprietates suas fe ignito communicat, tam verè etiam ὁ λόγος co municat carni assumptæ proprietates suas essentia Committis igitur disputator crassissimum* ἔλεγ 1. παρὰ τὸ μὴ ἁπλῶς λεγόμενον. 2. παρὰ τὴν ἄγνο τοῦ ἐλέγχου. 3. τῆς συγκείσεως. Resp. Hæc solu ejusdem est farinæ cum illa priore; tædet harum nugarum. Si enim vocem *quemadm dū* tantopere fastidis, cur ipse usus es eâ in t παραφράσι p. 134. in fine? ut in primâ tuâ rati ne in tuis ipsius verbis indicavimus. Qu dicis, te in tertio significatu vocem *sicut* ac pere, placet, siquidem ad nostrā accedis se tentiam; neque interpretationem tuam *quàm verè* respuimus simpliciter, siquide nihildum videmus, quod nostrum *quema modū* evertat; interim falsum est hoc axiom Quàm verè ignis ꝓprietates suas ferro igni to cōmunicat, tam verè etiā ὁ λόγος cōmun cat carni assumptę ꝓprietates suas essenti les; falsum inq̃ est hoc copulatum, quia am partes falsæ sunt. Sed forsan ita subsumere ceat; Atq; ignis suas proprietates nō commu nicat ferro. Ergo nec λόγος suas carni. N hoc silentio involvendū, ꝙ dicis, ignem pro

pr

...ates suas communicare ferro ignito. Si
...um ignitum accipis, tanquam totũ quod
...λον vocant, constans ex ferro & igne, tunc
...respondet ἀπόδοσις, q. a assumpta caro λό-
...on est totum ὑφιστάμενον; nec disputatio-
...scopus attingitur, quia non est quæstio,
...ars constituens essentiales suas proprie-
...s communicet toti. Hinc vides, quanti
...oris sit elenchorum colluvies, quam sub
...m assuis. Tertia tua ratio est: *Eâdem operâ,*
...uis, *totam orthodoxam antiquitatem repreben-*
...quia ab hac similitudinẽ illã mutuatus est Finck.
Resp. thesis mea 10, similitudinem non
...nimis extendendam. Ergo similitudinẽ
...n simpliciter rejicio, sed concedo, verùm
...suo legitimo modo, nempe quatenus or-
...hodoxa antiquitas unionem naturalẽ ani-
...& corporis proposuit tanq̃ παράδειγμα a-
...uod unionis illiꝰ hypostaticæ duarũ natu-
...ũ in Christo, quod tamen non in omnib.
...adrat, ut monet dicta thesis; secus nõ esset
...gnũ mysteriũ pietatis 1. Tim. 3. v. 16. quod
...dicamus, absit. Quarta tua ratio sumpta est *Pag. 136.*
...autoritate D. Pezelii & Dn. Gocl. de par-
...ulâ *sicut.* Sed missum hoc facio, quia hoc
...hil ad rem, & suprà est respõsum. Atq; hæc
...similitudine. Nunc ad ultima verba th. 10.
...eo, in quibus adversarius 1. contradictio-
...m quærit, sed frustrà. 2. deinde absurdum
...tendere conatur, sed eâdẽ felicitate. De pri-

mo. *Deniq;*, inquit, *quòd in fine theſeos decimæ cis:Nulla igitur hîc* μετάβασις, *nulla* μετάδο *quicquid alii objiciant, ſed* ἐνέργησις: *vide quàm egregiè tibi contradicas: in eâdem theſi dicis: div natura in humana non operatur omnipotentiam, omnipræſentiam &c. (quod & nos approbamus) ſed in Chriſto eſſet omnipotentia duplex &c. Hîc v. di nulla hîc eſt* μετάβασις *&c.* ℞. Adverſarius op habet aliquo qui logicâ facem prĕferat. Co tradictio eſt oppoſitio. Oppoſitio debet fi κατὰ τὸ αὐτὸ, ſecundùm idem. Poſteriora h verba theſeos decimæ loquuntur de verb aſſumptionis, quĕ agunt de ſimilitudinis πρ τάσει, in quâ argumentum continetur ſum ptum ab animâ in corpore, & igne in ferr Hîc ἐνέργησις eſt, quam negavi eſſe in ſimi tudinis ἀποδόσει, in qua thema continetu quod eſt de naturis Chriſti in unione hyp ſtaticâ, & ſic evici, nullam fieri communic tionem propriorum, propterea quòd ſimil tudo ſit diſſimilitudo. Sed jam videamu quo abſurdo oneres verba theſ. 10. ultima:

Aut nulla planè, inquis, *duabus in Chriſto natu ris intercedit communicatio, aut iisdem inte cedit communicatio.*

Pag. 137. *Si prius, ſub Samoſateni vexillis militas, qu ſtatuis, quòd* φύσεις πρὸς ἑαυτὰς *ſint* ἀκοινώ νητοι, *quod Samoſateni emblema fuit. Item Chriſtum, qui os eſt veritatis, mendacii argu is, quando Johan. 6. de carne ſuâ pronuncia*

quò

quod sit cibus vivificus. Vivifica autem Christi caro est, non ex naturalibus suis proprietatibus, quia sic omnes homines essent vivifici. Ergo ex unione & communicatione.

go duabus in Christo naturis communicatio intercedit.

espond. Ad assumptionem, in quâ dupli-
absurditatem mihi objicis, 1. quòd mi-
 sub vexillis Samosateni. 2. quòd Chri-
 mendacii arguam. Primum probas, quia
 o φύσεις πρὸς ἑαυτὰς esse ἀκοινωνήτους. E-
erò dico & fateor, me hoc statuere, & si
fraude idem docuit Samosatenus, repre-
lendus non est; nec enim hinc sequitur
tio ὑποστάσεως τοῦ λόγου, qui impius error
osateni fuit, ut suprà ostensum est. Mul-
 Samosateno garris, cujus tu tamen er-
m ignoras. Naturarum unionem confi-
, communicationem non agnosco. Se-
dum probas, quia Joh. 6. Christus carnẽ
 vocat cibum vivificum; unde sic argu-
taris: Si caro Christi ex suâ naturâ non
ivifica, sequitur, esse vivificam ex unione
mmunicatione. Resp. Negamus conse-
ntiam. Quòd enim caro Christi est & di-
 vivifica, id non inde est quòd divina
ra infinitam vivificandi vim per & pro-
 unionem cum carne carni communica-
t; id enim nullo modo ex verbis Evange-
 evinci potest: sed quatenus pro nobis est

in mortem tradita, seu quatenus est data p
mundi vitâ, ut Servator ipse loquitur Jo
6. ℣. 51. & sic facta est meritoria caussa vivi
cationis nostri, hoc est, liberationis ab ęter
morte & regenerationis ad novam vita
Nec tamen hoc ita accipi velim, quasi à vi
ficationis hujus actu omnem λόγȣ oper
tionem excludam. Nisi enim caro illa p
nobis in mortem tradita, fuisset caro τȣ λ
γȣ seu Filii Dei, vim illam neutiquam hab
isset; nec tamen inde continuò proprie
tum communicatio consequitur, siquid
in opere redemptionis unaquæque nat
agit quod suum est sibique conveniens, u
de emergunt ἀποτελέσματα, quæ totius p
sonæ sunt, quibus etiam vivificatio acce
setur. Quòd si adversarius putat, carn
Christi ideo esse vivificam (licèt, ut h
obiter addam, caro Christi in scripturâ n
quam ita simpliciter dicatur vivifica, sed
nis vitæ) quòd quasi ex ipsius substantiâ
aliqua vivifica in corda electorum ar
nè & miraculosè influeret, errat, siq
dem Christus ipse talem vim suæ carni
imit Johan. 6. ℣. 63. ubi dicit, carnem n
prodesse quicquam. Est igitur vivifica, q
tenus est cibus; cibus est, quatenus est
ta pro mundi vitâ, hoc est, quatenus Ch
stus oblatione suæ carnis in cruce vit
æternam electis totius mundi est prom
rit

. Ubi jam manet adverſarii conclu-
intellexit enim, vivificationem carni
ſti non tribui vi communicationis à
, ſed propter traditionem in mortem
vitâ electorum, ac proinde in fumos
e fundamentum ſyllogiſmi, quem por-
ubnectis pag. 137. Atque ita hactenus
um mihi commonſtras abſurdum; tibi
ùs & logico lumine & genuino ſcriptu-
ſenſu deſtituto varia oboriuntur ab-
da.

Contra theſes 11. & 12.

Hîc adverſarius dicit, me in theſi 11. cri-
n falſi commiſiſſe, eò quòd in propoſiti-
e omiſerim hæc verba, *in tempore*; axioma
m ſchediaſtici ſcriptoris hoc eſſe: Quic-
dChriſto eſt datum *in tempore*, id ei ſecun-
n humanitatem eſt datum. Reſp. Ubi eſt
ns tua? illa verba non extant in hoc lo-
ſchediaſmatis, ſed ex Athanaſio poſita
t hæc verba pro fundamento p.124. edit.
mæ: ὅσα ἔλαβεν ὁ χριστὸς, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα
ιβεν, non extant addita verba ἐν τῷ χρόνῳ.
illo autem fundamento ego formavi ſyl-
giſmi propoſitionem. Vides igitur, ô ho-
o, abſurda quæ ex propoſitione colligis, o-
nia teipſum ferire. Si candor aliquis in te
ſet, dixiſſes, Verba illa eſſe omiſſa, ad pro-
ſitionem verò neceſſariò pertinere. Sed, q̃
ſtra eſt ἐλδ θεειότης, adjiciamus hæc verba,

in tempore, quid inde commodi? nihil omni-
no. manet adhuc falsitas propositionis,
quam tu vano conatu amovere studes du-
Pag. 138. bus modis. 1. *In Schwenckfeldianorum castra*, in-
quis, *transis, quia à tota antiquitate rectè & ortho-
doxè sentiente discedis.* Resp. Calumniam hanc
tu tibi retine. Objicis mihi antiquitatem,
quam non intelligis. Hoc voluerunt veteres:
Quicquid Christo in tempore est datum, da-
tum est ut Filio Dei incarnato. Quin potius
ex S. Scripturæ oraculis mecum agis! 2. *Etiam
Arianismum*, inquis, *tuum prodis quando negas
axioma illud esse verum: Quicquid Christo datum
est in tempore, illud ei datum esse secundùm humani-
tatem.* Quid ita? *Etenim*, inquis, *quæro ex te
disputator, quando Christus dicit Matth. 28. sibi
datam esse omnem potestatem in cœlo & in terra,
an illa potestas Christo sit data secundùm Deitatem,
an verò secundùm humanitatem? Non secun-
dùm humanitatem, juxta tuam sententiam. Ergo
secundùm Deitatem. Si hoc. Ergo Arianus es.* Resp.
ad veterem hanc & jamdiu explosam can-
tilenam vestram, disjunctionem non esse
immediatam, siquidem tertium addi potest,
videlicet secundùm totam personam. Medi-
atoris officium in tempore Christo est im-
positum, quæris utrùm secundùm Deita-
tem, an verò secundùm humanitatem? re-
spondeo, secundùm neutram tantùm, sed
impositum est Christo θεανθρώπῳ. Deinde
etiam

mſi tibi demus, quod ſano ſenſu poſſu-
s, (nimirum ſi reſpicimus ad exaltatio-
n) πᾶσαν ἐξουσίαν datam eſſe Chriſto ſe-
dùm humanitatem, non tamen obtines,
od vis. Nec enim negamus, quædam Chri-
eſſe in tempore data ſecundùm humani-
em; imò hoc volumus, ideoque univerſali
e propoſitioni contradicimus. Et hîc de-
ero in adverſario præceptorum logico-
m cognitionem. Sic enim concludit: O-
nis poteſtas Chriſto eſt data in tempore ſe-
ndùm humanitatem. Ergo, quicquid eſt
hriſto datum in tempore, datum eſt ſecun-
um humanitatem; à particulari ad univer-
le non valet conſequentia. Nihil ego nunc
co de illâ confuſione Ubiquitariorum, quâ
ᾶσαν ἐξουσίαν & παντοκρατορίαν confundunt,
on diſcernentes inter δύναμιν & ἐξουσίαν;
em quòd πᾶσα illa ἐξουσία maximè & in-
rimis de gubernatione Eccleſiæ eſt intelli-
enda, quæ pertinet ad regium mediatoris
oſtri munus. 3. *Quòd negas*, inquis, *disputator,*
omen ſuper omne nomen Chriſto ſecundùm huma-
itatem eſſe donatum, contradicis tum ipſi veritati,
um ſcopo Paulino, atq; ſic denuò Arianizas, id quod
d oculum tibi ſum demonſtraturus, quandocunq;
volueris. Tibi autem hîc ſimpliciter affirmanti, ne
antillum quidem credo. Reſp. Si calumniari &
accuſare ſufficit, quis erit innocens? cur jam
non ad oculum demonſtras, quod polliceris.

Pollicitis dives quilibet eſſe poteſt. Dein
fallis lectorem quum dicis, me hîc ſimpli
ter affirmare 1. quia non affirmativam, ſ
negativã tueor. 2. quia negativã probavi d
ductione abſurdi ex tuâ affirmativâ. Ad ha
probationem reſpondiſſes, ſi potuiſſes te v
rum præbere. Sed cùm nihil reſpondeas, l
borem mihi minuis vinctasq; porrigis ma
nus. 4. Dicit, me committere elenchum παρὰ
Pag.139. τὸ μὴ ἁπλῶς λεγόμενον, in eo quòd Finckiu
reprehendo, quòd poſuerit in ſchediaſmati
Chriſtum ſecundùm humanam naturã eſ
mediatorem noſtrum. *Non enim*, inquis, *exclu*
ſivè dicit, Chriſtum eſſe mediatorem noſtrum tantùm
ſecundùm humanam naturam, ſed incluſivè. Quan
do enim dicit, Chriſtum eſſe mediatorem noſtrum ſe
cundùm humanam naturam, eo ipſo non negat ipſum
eſſe mediatorem noſtrum ſecundùm divinam natu-
ram. Cavillator es, abi. Reſp. O κρησφύγετον ina-
ne. Cui, quæſo, in hoc loquendi genere igno-
ta eſſe poteſt limitativa vocula κατ', id eſt, ſe-
cundùm, niſi forſan ἀναλφαβήτῳ alicui? Li-
mitat hæc vox ſubjectum, de quo ſermo eſt,
reſpectu partis; nempe ubi de toto ſubjecto
dicitur, quod propriè & immediatè eſt de par-
te accipiendum, adhibetur hæc particula ad
rem dilucidiùs & accuratiùs explicandam.
Quid dicam de incommodo ex adverſarii in-
terpretatione? Dicat aliquis: Chriſtus mor-
tuus eſt ſecundùm humanam naturã; Quid
ego?

? ſtatuámne etiam ſecundùm divinam
uram eſſe mortuum, quia non eſt addita
uſiva *tantùm*? Lege reſponſionem Dn.
ilippi Melanchthonis de controverſiis
ncari. Verba quæ ſubjungis, *cavillator es*,
mentis tuæ aliquam emotionem oſten-
nt; quare tibi ſuggero hoc conſiderandũ
Catonis diſtichis: Impedit ira animum ne
ſſit cernere verum. His non contentus alî-
elenchi me accuſas, videlicet τῆς διαιρέσεως,
contra me ſic argumentaris:

Cui datum eſt nomen ſuper omne nomen, & eſt mediator, ille ſecundùm humanam naturam eſt coronatus divinâ potentia & majeſtate.

Atqui Chriſto datum eſt &c. Ergo.

Reſp. Negando propoſitionem, quia ab
ntegro ad partes non procedit argumenta-
io. Chriſto datum eſt nomen Jeſus, quod eſt
uper omne nomen, ſed datum eſt ut θεαν-
θρώπῳ; & mediator noſter eſt non ſecundùm
divinam naturam, non ſecundùm huma-
nam, ſed ut θεάνθρωπος. Reſpectu officii e-
nim Chriſtus eſt ſubjectum abſolutum. Nec
eſt quòd hîc regerat adverſarius: Si Chriſtus
mediator eſt non ſecundùm divinam natu-
ram, neq; ſecundùm humanam. Ergo ſim-
pliciter non eſt mediator. Nam ut ſuprà di-
ctum eſt, disjunctio eſt mediata, & jam indi-
catum, quæ ſit vis particulæ limitativæ.

Nec in officii peractione naturis suas adin-
mus ἐνεργείας, sed tribuimus, ita ut utriusq;
naturæ ἐνέργειαι ad singula ἀποτελέσματα e
cienda concurrant. ἀποτελέσματα autem i
non nisi personæ sunt. Atque hîc velim l
ctor attendat adversarii fraudem, quâ utit
in vocabulo ETIAM pag. 140. ubi dici
Cùm autem Christus mediator noster sit, ETIA
secundùm humanam naturam, utiq; etiam action
divinæ secundùm eandem naturam ei competen
Syllogismum profert talem:

Mediatorem oportet esse omnipotentem, qu
mediator pati & mori debet pro humani ge
neris salute, debet Ecclesiam regere, guberna
re, illuminare &c. quæ actiones quum sint di
vinæ, necessariò quoq; sequitur, quòd non à cre
atâ & finitâ, sed ab increatâ & infinitâ vir
tute dependeant.

Pag. 140. *Christus est mediator noster etiam secundùm hu*
manam naturam.

Ergo actiones hæ divinæ secundùm humanam na-
turam ei competunt.

Respond. Hic syllogismus scatet absur-
dissimis falsitatib. Nam dicitur 1. pati & mo-
ri esse actiones divinas, & pendere non à cre-
atâ, sed increatâ virtute. 2. Christum esse me-
diatorem etiam secundùm humanam natu-
ram, unde consequitur, Christum esse medi-
atorem duplici modo, 1. secundùm Deita-
tem, 2. secundùm humanitatem, quòd si

modo potuit hoc officio perfungi, alte-
odo non fuit opus. Ex opinione adver-
ſic etiam argumentari licet: Mediato-
oportet eſſe verum Deum. Chriſtus eſt
iator etiam ſecundùm humanam natu-
. Ergo Chriſtus etiam ſecundùm huma-
naturam eſt verus Deus. Quæ certè Eu-
iana hæreſis eſt. Manifeſtum eſt igitur,
ones divinas rectè tribui noſtro θεανθρώ-
ſed non ſecundùm humanam naturam;
c in puteum delabitur adverſarii ulterior
umentatio, deducta ab actionibus divi-
ad δυνάμεις, quia dirutum eſt ejus funda-
ntum. Sic enim ibi pergit: Si Mediatori
inæ actiones competunt etiam ſecun-
m humanam naturam, etiam virtus & po-
tia infinita, quia omnis actus ſecundus
ſupponit primum, ac proinde humana
ura habet πᾶσαν δύναμιν καὶ ἐξουσίαν &c.
c omnia in fumos diſſipavimus deſtructo
ncipio. Quid nunc amplius? Homo pa-
m conſideratè in me invehitur, quum di-
, me in eâdem theſi negare, Chriſtum ſe-
dùm humanam naturam eſſe adoran-
m. Hæc enim verba ibi non habentur. Ve-
tamen quum per conſequentiam hæc
tentia ex verbis meis elici poſſit, diſpicere
bet, quibus fundamentis probet, huma-
m Chriſti naturam eſſe adorandam. Lo-
imur autem hîc de adoratione, non poli-

ticâ, ſed religioſâ, quæ ſoli Deo debetur: N
mirum duobus nititur fundamentis, qu
rum primum eſt, *Quia*, inquit, *Neſtorianiſm*
tuum manifeſtè prodis, quod ita probo:

Diviſis actionibus duarum naturarum in Chri
dividitur ipſa perſona Chriſti.

Atqui tu Analytice actiones & proprietates du
rum naturarum in Chriſto dividis.

Ergo perſonam Chriſti ſolvis, ergo Neſtori
nus es.

Propoſitionem probat, *Quia* inquit, *acti*
nes non ſunt naturarum ſed ſuppoſiti. Vel, ut phi
ſophi loquuntur, actiones totius ſuppoſiti ſunt, n
alterius partis. Reſpondeo, video verum e
quod dicitur: Cauſa patrocinio non bo
pejor erit. Ego propoſitionem ultrò co
ceſsiſſem, ſed adverſarius pro ſuâ ſimplicita
falſam adhibet probationem, quum dicit,
perſonâ Chriſti (de hac enim ſermo eſt) acti
ones non eſſe naturarum. Quid, quæſo, r
ſpondebit ſuo Doct. Hunnio, qui in libel
de perſonâ Chriſti quæſt: Idem de volunt.
operationũ diſtinctione aſſeris? pag. mihi 3
expreſsis verbis ſic ait: *Idem de actionibus cu*
que naturæ propriis eſto judicium. Etenim Deitat
actio naturalis nunquam fit actio naturalis huma
nitatis &c. Et rectè Hunnius; longè enim al
ratio eſt naturarum in perſonali union
quàm in unione naturali. In perſonali uni
one, ubi ὑπόστασις λόγου ſibi humanam natu

ram

eamque perfectam corpore & animâ ra-
ali constantem, in personæ unitatem u-
& uniens, & unitum sunt perfectæ na-
, quarũ unicuiq; sua competit actio; sed
aturali unione quodammodo est diversi-
piquidem hîc partes per se non sunt perfe-
naturæ, ut in conjunctione animæ &
poris, anima talis est natura, quæ perfe-
nem suam quærit in consociatione cum
pore, quemadmodum & vicissim corpus
nione cum animâ; hinc fit, quòd actio-
dicuntur totius suppositi, & apud Ari-
telem homo est, qui intelligit, non anima.
elligit autem per animam, ut ait Scà-
r exerc. 307. sect. 36. Deinde assumptio- *Pag. 141.*
n syllogismi dico esse falsissimam, non e-
 divido actiones duarum naturarum in
risto, sed distinguo; quippe constat, unio-
m esse factam ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως.
e, ut opinor, fateris, in unione hypostaticâ
tinctas manere naturas earumque propri-
tes. Si proprietates sunt distinctæ, uti-
e & actiones. Disce differentiam inter
tinctionem & divisionem seu segregati-
e, sive separationem. Distincta cognitio
n est separata cognitio. Diversis distingui-
us; oppositis dividimus. Nec continuò
religiosam adorationem tribuo deitati in
risto, non humanitati, naturæ hæ divel-
ntur. Non cõtinuò divulsionẽ facio animę

à corpore, si illi invisibilitatem, huic visib
litatem competere assevero. Tantum abe
ut Nestorianus sim, sicuti tu conviciaris. S
heus, unum est reliquum, ut tuam detega
inconditam disputationem, quâ adorati
nem facis respectu Christi actionem, un
colligere potes quantum tibi indulserim. S
progredior ad secundum tuum fundame
tum. *Tollit*, inquis, *hæc tua opinio, Gutberlethe,*
mnem consolationem, quâ perterritæ conscientiæ e
gendæ sunt. Dic enim mihi, quomodo in veritate dic
re posis, te adorare fratrem tuum, quando ipsius h
manitatem non adoras? &c. Resp. Humanit
tem Christi adoro, hoc est, veneror, rever
or, meque illi tanquam creaturæ in cœlo
in terra excellentissimę submitto, ita tame
ut ad Deitatis gradum illam non evehar
Superiorem agnosco angelis, sed Deo inf
riorem; ea propter divinum cultum ei no
tribuo. Nec tamen propterea afflictæ consc
entiæ adimitur consolatio, sed potius add
tur. Adoro enim fratrem meum, quia sc
ipsum cum Patre & Spiritu S. esse verum
æternum Deum; & hoc me erigit, quòd sc
Deum mihi esse propitium in suo Filio, q
meus frater est, in quo Deus pater meus est.
humanitatem adorarem, quid, quæso, mi
esset reliquum, ex quo fratrem meum agno
scere possem? Etenim quum fratres eju
dem debeant esse sanguinis & familię; in hu
mar

nâ naturâ id reperio, secundùm quam per
nia mihi similis est excepto peccato. At-
ita intelligis, quomodo in veritate dice-
possim, me adorare fratrem meum, cujus
en humanitatem non adoro, quemad-
dum scio fratrem meum esse verum De-
, cujus tamen humanitas non est Deus.
nique ad ultima verba theseos duodeci-
accedis, in quibus dicis me committere
ιάβασιν εἰς ἄλλο γένος. *Confundis*, inquis, *di-* Pag. 142.
ta communicationis idiomatum genera, videli-
primum & secundum (alii nominant tertium)
cundo interdum abstractivæ usurpantur prædi-
ones, hoc est, in quibus humana Christi natura
consideratur abstractivè (si modum loquendi
emus, hoc est, non consideratur ex principiis in-
ecis &c.) sed est abstractum, si ipsam rem, hoc
psam naturam spectemus, quæ interdum per vo-
lum abstracti enunciatur. Resp. Nescio quid
sit dicere: Humana Christi natura est
ractum, sed non consideratur abstracti-
Si exemplum posuisses, rectius potuisset
i judicium. Sed faciamus periculum in
rendo exemplo: Humana natura Chri-
est omnipræsens. Hic dices, humanam
uram esse quidem abstractum, sed non
siderari abstractivè. Ego vero te cum
e tuis nugis ultra Sauromatas & glacia-
Oceanum relego. Quid est novas regu-
fingere, & principium petere, si hoc non

est? Si dicis, humanam Christi naturam no
considerari abstractivè, contradicis. Ut enim
res est, ita considerari debet; & hoc est illu
vestrum absurdum μέλος, quo humanam
naturã ubique esse fingitis, sed personalite
Talem considerationem utpote ineptam
nobis nunquam obtrudetis. Jam pergis pro
ponere alterã consideratione in eodem ho
modo: *Interdum, inquis, in eodem concretivæ præ
dicationes seu locutiones usurpantur, in quib. toti per
sonæ proprietates divinæ donari, & quidem in tem
pore & ex gratiâ (ut Philipp. 2. habetur) dicuntu
Quæ donatio deinde ad naturam applicanda es
quæ istorum donorum per* κοινωνίαν *fit particep
Applicari autem ad divinam naturam nullo mo
potest, sed necessariò donatio illa de humanitate in
telligenda, quæ donorum particeps facta est, quippe
ὑπερυψώθη & superexaltata est, &c. quæ supere
altatio & in statum sublimem evectio, nullo modo
deitate accipi potest, nisi in Arii castra transire vel*
Resp. Falsum est, in loco, quem adversari
hîc allegat ex Phil. 2. talem locutionem usu
pari, in quâ dicatur, toti personæ Christi d
nari proprietates divinas, puta ubiquitatem
omniscientiã, omnipotentiam. Verba Ap
stoli hęc sunt v. 9. 10. & 11. Quapropter etia
Deꝰ ipsum in summã extulit sublimitate
(ὑπερύψωσε, supra modũ exaltavit) ac dona
ei nomen ꝙ est supra omne nomen: ut in n
mine Jesu (i. e. propter gloriam Jesu) om

nu se flectat cælestiũ & terrestrium & sub-
traneorum: omnisq; lingua confiteatur,
minũ esse Jesum Christum, ad gloriã Dei
tris. Quib. verbis hoc tantùm docet Apo-
lus, quòd homo ille Jesus, qui in formâ seu
ditione servili vixit in mundo, maximasq;
serias perpessus est, jam sit in tantam glo-
m & felicitatem evectus, ut ab omnibus
aturis rationalibus agnoscatur non esse
dus homo, sed & verus Deus, nempe filius
ei. De donatione proprietatũ divinarum,
arum humana natura Christi per κοινωνίαν
ta sit particeps, nullum hîc verbum, sicut
c usquam alibi in Scripturâ.

Quam porrò pag. 143. communicationem *Pag. 143*
tuis, ubi toti personę in concreto ab alterâ
turâ potissimùm denominato utriusq; na-
rę ꝓprietates attribuũtur, sed ita ut post-
ꝓ particulas διακριτικὰς explicetur, cuinam
turę illę actiones & passiones seu ꝓprieta-
οὐσιωδῶς cõveniant; hanc, inq̃, communi-
tionẽ tecum agnosco lubens, quamvis κα-
χρηστικῶς cõmunicatio dicatur. Deniq; cu-
tibi ꝓbari ultima verba theseos, q̃ de va-
tate allegationis loquuntur. Tam manife-
ea sunt quàm quæ manifestissima. Quęri-
r, an Christus secundùm humanã naturam
omnipręsens, omnipotens &c. Dicta q̃ ci-
ntur in schediasmate, nõ loquuntur de hu-
anâ Christi naturâ, sed in concreto de per-

sonã, ut in thesi à me est responsum, quod tu non refutâsti nec potuisti. L. Danæum exa gitas, sed frustrà.

Contra theses 13. & 14.

Pag. 144. Hîc responsionem meam eludis tanquam ἄλογον, sed ipsum te ἄλογον ostendis, quod si demonstro. Schediasma sic habet: Si acciden & forma totum suum subjectum desereret tunc proprium communicando cessaret es proprium. Hinc assumitur: Atqui accidens & forma non deserunt totũ suum subjectum id quod ipse fateris, quum dicis: Finckii primam syllogismi partem in assumption non affirmavit, scilicet primam propositio nis connexę partem intelligis. Hinc sic per go: Si accidens non deserit totũ subjectum deserit ejus partem, quia non totũ & pars a quipollent. Si deserit partem illius subjecti, sese applicat parti alterius subjecti, utiq; s quitur, quod mea responsio dixit esse absu dũ, videlicet accidentis numero ejusdem d visio, ejusq; in diversis subjectis inexistenti Syllogismus tuus de toto asino nimis est asin nus, & nihil quicq̃ ad rem pertinens, siqu dem nullum apparet accidens quod commu nicetur diversis subjectis. Quare illum cu suo autore ad asinariam remittimus.

Contra theses 15.16.17.18. & 19.

Hîc multa disputat adversarius de vari

Pag. 145. inessendi modis. *Si legisses*, inquit, ἀκρόασ

Arit

t. ubi varios inessendi modos recenset, tam turpi- haud errares. Nam ut reliquos inessendi modos o- tam, subjecto aliquid inesse dicitur dupliciter: παρκτικῶς, *id est formaliter, affectivè per modum erentiæ* καὶ συνδυασικῶς, *vel per modum* περι- ρήσεως, *hoc est unionis, immeationis & communi- onis.* Resp. Distinctio hæc petit principi- p, quia de posteriore modo, qui ex Ubiqui- iorum sensu prorsus confictus est, adhuc trovertitur; & suprà διαῤῥήδην negavimus, συνδυασμὸν fieri proprietatum in distin- s ac diversis subjectis communicationem. ó igitur mea responsio est ficulnea & stra- nea, ut tu calumniaris. Sed lubet audire tu- στερέωμα. Nam, inquis, *qualis est consequentia: m numero accidens quod uni subjecto per se formaliter competit, alteri subjecto realiter erso, sed tamen συνδυασμῷ ei unito communica- ratione χρήσεως καὶ κατηγορείας. Ergo idem nu- ro accidens est in diversis subjectis? Sanè idem nu- ro accidens est in diversis subjectis, sed non κε- ρισμένοις, ἀλλ' ἡνωμένοις, id est, non separatis (ut nobis affingis) sed per συνδύασιν unitis.* Resp. t optima consequentia, sed tua responsio psam evertit. Tua enim communicatio am fingis ratione χρήσεως καὶ κατηγορείας ndum est probata, ideoq; petit principiũ; eò non probata est ut nunq̃ probari possit. upio enim scire, an unius subjecti propriũ eri συνδυασικῶς unito reverâ insit? affir-

mas,ſed ratione uſus & prædicationis, id q
mihi αἰνιγματικὸν eſt, ſcilicet quia ex Ubiqui
ſtico cerebro confictum eſt. Quæ dicis d
ſubjectis κεχωρισμένοις, vana ſunt; nam ſubje
cta ego intelligo ἡνωμένα, quæ in ſua ἑνώσ
nihilominus ſunt realiter diverſa & di
ſtincta. Nec enim unio facit unitarum pa
tium confuſionẽ. Falſum igitur dicis, quu
ais, me vobis ſeparata ſubjecta affinger
De variis ineſſendi modis non eſt quòd m
erudias; tres tibi propono quos ego agnoſci
1. per realẽ inhærentiam, ut Plato eſt doctu
2. per realem conjunctionem, ut Deus ador
tur. 3. per operationẽ, ut: Sol eſt calidus. A
que ita enervata quoq; eſt tua diſtinctio, q
adfers in ſecundo & tertio fundamento, i
ter inexiſtentiam naturalem & quæ eſt ben
ficio unionis (crambe bis poſita) item i
Pag. 146. ter ſubjectum οἰκεῖον καὶ ἀλλότριον. Sine om
enim diſtinctione vera eſt regula, Accide
idem numero non poteſt eſſe in diverſis n
mero ſubjectis. Profers exemplum: *Ca*
inquis, *eſt in igne* κατ' ἐνύπαρξιν, *in ferro v*
ignito tanquam in ſubjecto πρὸς κατηγορίαν. Re
Aberras à ſcopo. Non enim quæſtio
de ferro ignito quod eſt totum, conſtans
ferro & igne, ſed de ferro & igne tanquã
ſtinctis ſubjectis, an in unione ferri & ign
ferro communicetur eſſentialis calor ign
id quod nos conſtanter negam⁹, quia ferr
inca

alescit, non per talem communicationẽ,
per ignis operationem, ita ut calor qui in
co est, non sit essentialis calor ignis; quod
m essentiale est, suum subjectum egredi
n potest, illo salvo manente. Sed ignis est
sa efficiens per transmutationem caloris
ferro. *Sed*, inquis, *per* συνδύασιν *ex igne &*
o fit unum subjectum compositum. Respond.
ctè, in quo tamen composito partes ea-
nq́ue proprietates manent ἀκοινώνητοι, sal-
& integræ, ita tamen, ut de toto συνδεδυ-
μένῳ regulariter enuncientur. Rectè dico;
rrum ignitum urit, nec tamen ustio illa
ferrum in abstracto applicanda est. Nunc
grederis theseos decimæseptimæ ultima
c verba: Et quid quæso est dicere, aliquid
e non κατ' ὀυσίαν, sed κατ' ἐξουσίαν &c. Quid
Hîc, inquis, *mihi crede, te turpiter dabis.* Nam Pag. 147.
leniano & Calviniano gladio te jugulabo. Væ
iti tuo! Ita scribit Goclenius tuus in prodr. lexic.
losoph. pag. 163. Christi omnipotentia seu infini-
δύναμις *est actus primus: at* πᾶσα ἐξουσία, *id*
omnis potestas, imperium, sessio ad dextram
ris, est actus secundus. Christus est semper omni-
ens τῷ ἔχειν *seu actu primo, imò est ipsa omnipo-*
tia; sed non τῷ ἐνεργεῖν, *id est non semper usur-*
& exercet eam. Ignis est calidus τῷ ἔχειν, *id est,*
ectu seu habitu. Vinũ est calidũ τῷ ἐνεργεῖν, *id est,*
ectu, sicut piperi insidet calor quidã virtualis, quo

ventriculum excalefacit. Hactenus Goclenius, Resp. Gaudeo mihi adhuc salvum & incolume esse caput. Nullum video Goclenianum gladium, adversus me qui stringi possit. Quid, quæso, adversarius facit ex seipso? Omnia Gocleniana hæc concedimus, utpote per se quidem vera, sed prorsus & simpliciter ἀπροσδιόνυσα. Nostra disputatio est de communicatione proprietatum in diversis subjectis. Quid verba Dn. Goclenii? loquuntur de actu primo & secundo, quam Philosophi doctrinam perutilem agnosco. Sed ubi dic Dn. Goclenius, quòd omnipotentia sit act primo in Deitate τοῦ λόγου, actu secundo i ejusdem humanitate? Hîc hæret aqua. Vid igitur, ô lector, quâ fide nostrorum scripta a Ubiquitariis citentur! Distinctiones illas v stras inter εἶναι καὶ ἔχειν; χρῆσιν καὶ κτῆσιν; οὐσίαν ἐξουσίαν &c. vocavi elumbes, quod tu elum dicis. Quid ita? rancorem tuum iterum pr fers de primo & secundo genere commun cationis idiomatum. Sed de eo respondim suprà ad pag. 142. Deniq; impugnas, quòd xi τὸ κατ' ἄλλο tunc adhiberi, quando de to dicitur, quod propriè & per se intelligendu est de alterâ parte, non verò quando de pa sermo est. Quid tu hîc regeris? *Quomodo,* quis, *explicabis verba illa Christi, Joh. 6. Caro est cibus vivificus? Anne dices, carnem Christi esse vificam καθ' αὑτὸ, an verò κατ' ἄλλο? Quòd si*

vi

...ica κατ' ἄλλο, dicere non poteris, quia caro Christi ... pars personæ Christi. Iam verò secundùm tuam ...nfeßionem phrasis illa κατ' ἄλλο non usurpatur, ...ando de parte sermo est. Respond. Quod pe..., suprà ad pag. 137. præstiti.

Contra theses 20. & 21.

Hîc verò sese miræ offerunt contradistin...ciones proprii à communi, quibus certè no...: philosophiæ excusione opus est. Quod e...m dicis, proprium contradistingui com...muni respectu migrationis de subjecto in ...bjectum; vel, quod idem est, respectu sub...ctorum ἀσυνδυάςων, hoc est, separatorum ...ibus nulla κατὰ συνδύασιν intercedit unio; & ...ntradistingui respectu subjectorum sepa...torum, sed non respectu unionis persona... duarum naturarum in Christo; quid dis...minis hîc statuas, ego certè non video, & ...orare teipsum argumento est, quòd po...riorem hunc modum non declaras, non ...obas, sed nudè & simpliciter ponis p. 148. ...l. 10. à fine, & pag. 150. lin. 2. à fine. Sed consi...remus contradistinctionem illam, quæ est ...pectu migrationis de subjecto in subje...um. Dicis, eam esse triplicem, 1. *in κοινωνίᾳ ...τ' ἀλλοποίησιν, hoc est, quando unum subjectum ...m proprietatem essentialem subjecto separato non ...τ' ἀριθμὸν, sed κατ' εἶδη communicat, ut quando ...is aquam calefacit, calorem sanè ei communicat, ... quoad numerum, sed quoad speciem, quia alium*

Pag. 148.

Pag. 149.

in ipso producit. Resp. Admodum ineptè hîc di-
citur proprietas essentialis subjecto separato
κατ' εἶδη communicari. Quantum intelligo, à
vobis etiam id quod per operationem pro-
ductum est, dici oportet proprietatem essen-
tialem, sed numero diversam seu specie ean-
dem. Sic calor in aqua erit proprietas essenti-
alis ignis, sed numero diversa. ἀτοπώτατον. 2. i
κοινωνίᾳ κτ' μετάβασιν *in communicatione trans-
greßiva, h.e. quando unum subjectum effectum aliqu
producit in alio subjecto, ita ut transgrediatur à sub-
jecto, quod producentis caussæ rationem habet in ali-
ud subjectum, cui communicatur illa qualitas,
quando lux solis lumen in aëre producit &*
3. *in* κοινωνίᾳ κτ' χρῆσιν. Respond. Equidem
tibi concedo, occurrere in hisce talia com-
munia, à quib. proprium contradistinguitur
sed interim quid hæc omnia ad præsens n
gotium? ubi invenies aliquid subsidii, ex qu
propriorum communicationem in divers
subjectis ostendere possis? Quocunq; te ta
dem hisce tuis distinctiunculis convertas, n
Pag. 151. hil efficis. Accedo ad alteram partem thes.
de ferro candente, ubi dixi, ferrum cand
non urere nisi κατ' ἄλλο, h. e. ignem in fer
urere; & ignem in ferri poris latentem ex
se in ferro operari alium numero calore
cujus δεκτικὸν est ferrum. Quid hîc con
me? *Ex his verbis*, inquis, *contra te sic argumen
Positâ caußâ immediatâ necessariò ponitur e*

us. Atqui calor est caussa immediata ustionis. Ergo quicquid in se tanquam in subjecto habet calorem, id calore suo urit. Atqui ferrum (juxta te) habet calorem in se subjectivè ab igne in ipso productum. Ergo vim urendi habet. Respond. Est elenchus caussæ simpliciter positæ in assumptione. Calor enim per se & simpliciter non est caussa ustionis, sed quatenus est in gradu intensio-. Caloris immediatum effectum est calefacere; non a. quicquid calefacit urit. Urere & calefacere differunt κτ' μᾶλλον κὶ ἧττον. Sed pergis: *Et sanè dicere, ferrum ignitum non urere nisi tantùm κατ' ἄλλο, quid, quæso, aliud est, mi Philosopaster, quàm ponere caussam immediatam, & negare effectum, quod impossibile est.* Resp. Heus phicopta, qui negat, ferrum ignitum urere κτ' ἄλλο, nempe quatenus ignitum est, hoc est, respectu ignis, is ignem urere negat, & ustionem ferri naturæ tribuit, id quod est sensui manifesto & experientiæ contradicere, hoc est, delirare. Homo est rationalis κτ' τὴν ψυχὴν, quod non negabis; ab animâ enim tanquam proximâ causâ in homine est ratio. Sic ferrum candens seu ignitum urit κτ' τὸ πῦρ, siquidem ab igne tanquam proximâ causâ in ferro ignito est ustio. In corpore animato facultates nutriendi, accrescendi, generandi &c. sunt ab animâ tanquam efficiente causâ; ita in ferro ignito vis urẽdi est ab igne tanquam efficiente causâ propriâ & proximâ. Solve unionem animæ & corporis,

& corpus habes mortuum ; ſic ſublatâ ac
diſſolutâ unione ignis & ferri ferrum habes
Pag.152. urendi vi deſtitutum. Pergis: *Quando dicis fer-*
rum ignitum urere κατ' ἄλλο (in contextu legi-
tur non urere, errore ut puto typographico,
hoc eſt ignem in ferro urere, putas ferrum ignitum
nõ urere realiter, ſed tantùm κατ' ὄνομα, *verbaliter*
quod ex tua explicatione apparet. At manum admo
ve, & ſenties illud verè & realiter urere. Reſp. Ne
dum deſinis eſſe iniquus interpres verborum
meorum. Nunquam negavi uſtionem ferri
igniti tanquam compoſiti; negavi tamen &
conſtanter nego à ferro eſſe illam uſtionem
ſed ſtatui & ſtatuo eſſe ab igne tanquam pro
priâ causâ. Aliud n. eſt loqui de ferro, aliud d
ferro ignito. Imò ferrũ ignitũ urit non qu
ferrum eſt, ſed quia ferrum ignitum eſt, h.
quatenus cum igne unitum eſt, non κατ' ὄν
μα ſed realiter. *Committis igitur,* inquis, *ele*
chum τῶν ἀντικειμένων. *Nam & ferrum urit;*
ignis urit, & quidem utrumq; realiter urit, ferr
tanquam ſubjectum quod, ignis tanquam ſubject
quo, vel ferrum ignitum urit κατὰ συνδύασιν,
ex calore ignis proprio, ipſi verè & realiter comm
nicato, ignis verò urit καθ' αὑτὸ, *hoc eſt, ex princi*
intrinſecis, eſſentialibus & naturalibus. Reſp.
verò committis elenchum effecti, quan
dicis ferrum urere; non enim ferrum, ſed f
rum ignitum urit. Ferrum ignitum eſt ſub
ctum quod, ignis in ferro eſt ſubjectum q

ia ignis propriè eſt id quod urit in ferro
ito. Ineptus eſt qui dicit & corpus vivere
animam vivere, corpus tanquam ſubjectũ
od, animam tanquam ſubjectum quo. Sed
ſtatuendum eſt; corpus animatum vivere
quam ſubjectum quod, animam verò
quam ſubjectum quo. Vita enim affectio
non corporis, ſed corporis animati, anima
ò efficiens eſt vitæ non in corpore, quate-
corpus eſt, ſed in corpore animato. Fa-
tates enim & actiones ſunt totius compo-
Homo intelligit, quod concedis; dixeríſ-
corpus intelligere tanquam ſubjectum
od, animam verò tanquam ſubjectum
?Non, opinor, eò dementiæ abiiſti. Qua-
necum ſtatuas neceſſe eſt, hominem eſſe
jectum quod intellectus, animam realem
ſubjectum quo. Quod porrò addis, fer-
ignitum urere ex calore ignis proprio,
verè & realiter communicato, contra ve-
ſapientiam eſt dictum. Si enim intelligis
erro ignito, quatenus totum eſt ex ferro
ne conſtans, certum eſt, ignem ſuo eſſen-
calore in compoſito illo gignere alium
ero calorem qui eſt ferri igniti, quemad-
lum anima in corpore animato operatur
n quæ eſt corporis animati. Sed ſi com-
ications illam accipis reſpectu ferri
uam partis, quòd eſſentialis urendi vis
ſit communicata, id ut falſiſſimum ne-

gamus. Denique ultima verba theſeos 21. ad
oriris, in quibus negamus carnē Chriſti re
ctè dici θεωθεῖσαν. Quid contra hæc? *Caro Chri-
ſti*, inq̃t, *dicitur deificata, non per μετουσίαν, hoc eſt*
mutationem eſſentiæ in deitatem, ſed quia Deo v
deitati unita eſt, vel, ut Athanaſius in Symbolo loqu
tur, quia eſt in Deum aſſumpta, & gloriæ ac excelle
tiæ τοῦ λόγου particeps facta. Reſp. Omnia fall
Demonſtratio principium petit. Ex unio
.n. ut non ſequitur proprietatū communic
tio in naturis, ꝙ hactenus obtinuimus & o
tinem⁹, ita nec naturarum exæquatio, ac pr
inde nec ἀποθέωσις carnis. Tandem igitur a
verſarius ſuum Eutychianiſmum detex
quem certè diutius abſcondere haud pot
dum apertè fatetur, carnem Filii Dei θ
θεῖσαν, hoc deificatam, quam phraſin
thodoxa Eccleſia utpote veritati contrari
ſemper averſata eſt. Nec elabi poteſt diſt
ctione futili inter μετουσίαν καὶ κοινων
Quia cui creaturę divinę naturę propriet
tribuuntur, eam ἀποθεωθῆναι, i.e. Deum fac
eſſe oportet, nec hîc quicquid proſunt v
diſtinctiunculæ, σοφὰ φάρμακα, quæ ex S.S
pturâ nullo modo demonſtrari poſſunt.

Contra theſes 22. & 23.

Pag. 153. Tractatur hîc hoc θεώρημα: Propria e
tialia ab eſſentia ſunt ἀδιαίρετα. Reſpo
ſchediaſma inter κοινωνίαν μεθέξεως
συνδυασμοῦ diſtinguendo, quam reſpo

m diximus vanam, ut revera est. Quid versarius? Vanas, spurias, lubricas & infirs vocat meas responsiones, id quod se ad ullum demonstrâsse gloriatur; item quòd prium sit & maneat proprium, & nihilomus alteri subjecto κτ̃ συνδύασιν communicari possit, se ad oculum ostendisse. Ego v. ao lectori judicium hac de re relinquo.

Contra theses 24. & 25.

Hîc obstrepit mihi adversarius, quòd in onsione schediasmatis sensum non asseus fuerim. Videamus utrum ita sit, an veova hîc interpretatio sit conficta. Obje- Dn. Keckerm. hæc est: Propria acciden-: operationes sunt illud quo mediante diguim⁹. Ergo nō debent esse causæ confuum, id quod fit si cōmunicantur. Respōchediasma negando, ꝙ cōmunicatio sit à confusionis, siqdem aliud sit σύγχυσις, κοινωνία. Deinde à genere ad speciem sic ludit: Si omnis communicatio fit sine usione, etiam communicatio propriorū. quid mea thesis respondet? nempe hoc, ludi ante tempus, quia species communionis ponitur quæ in rerum natura non delicet propriorū communicatio. Perest ac si quis in physicis sic argumentalit: Si omne animal sentit, etiam lapis t; nulla connexio propter falsam speciē. andū priùs fuerit, lapidem esse animal.

Non ego nunc attingo hoc abſurdum,qu
putatur poſſe eſſe aliquid κοινωνητὸν, & ta
men non impedire diſtinctionem. Quis un
quam diſtinctionem invenit in eo quo
commune eſt? Jam igitur vides, quan
tum ab animo meo calumniandi malitia al
ſit. Sed ponderemus jam tuam reſponſion
Pag. 154. *Si*,inquis,*proprium ſubjecti primarii ita commun*
caretur ſubjecto ſecundario, ut etiam hujus fie
proprium, & quidem ita ut æqualiter utriq; inhæ
ret, tum fieret confuſio. Reſp. Petitio princi
eſt, ſiquidem ad vanam diſtinctionem in
ſubjectum primarium & ſecundarium
recurritur. Vana,inquam,eſt hæc diſtinct
nec ullo modo admittenda, ſiquidem non
naturæ,neque S.Scripturæ fundamentis,
ex cerebro Ubiquiſtico deprompta eſt. T
commento varia commenta defenderem
ſi dicerem: Corpus Chriſti eſt quidem ſub
ctum omnipræſentiæ & æternitatis, ſed
cundarium, non primarium; corpus
um eſt capax diſciplinæ,non primariò,ſe
cundariò. Sed quid Ubiquitarii non c
miniſcuntur ut ſuis commentis κατεχ
πισμένην θωπείαν adferant? Deinde oppu
quod dixi, impoſſibile eſſe ut unius ejuſ
que numero accidentis communicati
in diſtinctis ſubjectis. *Impoßibile*, inqui
eſt, ſi rectè intelligas. Quæro enim, quid intellig
diſtincta illa ſubjecta? Si ſubjecta diſtincta & ſ

a, deliras, &c. Sin verò talia subjecta, quæ quidē per ssentiam distincta sunt & separata, sed ratione uni-nis distincta & separata non sunt, verùm arctissimè q; intimè unita, ut unum alterum περιχωρῇ, *tum si veritati contradicis, sicut in animâ & corpore nimato, in igne & ferro ignito videre est.* Resp. Distinctio hæc de distinctis illis subjectis est uperflua. Satis enim notum est, nos loqui de bjectis ἡνωμένοις non κεχωρισμένοις. & suprà ctum & probatum est, etiam in subjectis ωμένοις non fieri talem communicationem, uia ut subjecta in unione manent distincta, a quoque illorum accidentia, κατ᾽ ἀριθμὸν ldem, distincta manent. Simpliciter enim rum est hoc ἀξίωμα. Accidentis ejusdem umero de subjecto in subjectum (sive subcta sint ἡνωμένα, sive κεχωρισμένα) migratio impossibilis. Hîc verò in verbis adversarii citatis duo lector notet, 1. quòd dicit, subcta per essentiam distincta ratione unionis on esse distincta, id quod falsissimum est. quetur enim, hinc naturas in Christo ratie unionis non esse distinctas; si non distine, ergo confusæ, quod Eutyches contenbat. Nondum didicit adversarius discrin inter distinguere & separare? 2. quòd minit περιχωρήσεως, quum dicit, unum jectum alterum περιχωρεῖν, id est, immea-, pervadere, permeare; quod si propriè elligit, quid aliud in subjectis unitis statu-

it quàm confusionem, ut quando aqua confunditur cum vino? Hóccine est unionem sive naturalem sive personalem declarare? At, inquies forsan, Damascenus hoc verbo usus est? quid tum? usus est in alio sensu pro συνέρχεσθαι καὶ ἑνοῦσθαι, ut certum sit, ipsum per περιχώρησιν nihil aliud intellexisse, quàm arctissimam unionem, quæ certè propriè loquendo non est permeatio; ita enim loquitur lib.4.orthod. fidei c.19. περιχώρησιν ἣν δὴ ἕνωσιν λέγωμεν. Sed quomodo adversarius verba sua modò enarrata probat.

Pag.155. *Etenim*, inquit, *ut unicum tantùm argumentum jam adferam, aut anima communicavit corpori proprietates essentiales aut accidentales, hoc est alias proprietates in ipso produxit. Si posterius, ergo homo non potest dici unum per se, quia nulla qualitas accidentalis, aut per operationem producta facultas unum essentiale per se constituere potest. Zab. lib. de mente hum. c.6. Atqui falsissimum est, hominem esse unum per accidens. Ergo falsa est sententia, ex qua hoc sequitur, quod est, animam accidentales proprietates corpori communicare. E. Vera erit altera quam nos defendimus, videlicet animã essentiales suas proprietates corpori cõmunicare.* ℞. Unum p se, quod physicè tale est, id dicitur, quod ex materiâ & formâ substantiali est compositum. Unum per accidens quo subjectum & accidens dicuntur unum. Sic homo est unnm per se, καθ' αὑτὸ, τῇ οὐσίᾳ, quia corpus org

um materiæ, anima verò rationalis formæ pecificæ rationem ſuſcipit. Homo doctus ſt unum per accidens, quia hîc homo non abet rationem materię, nec doctrina hominis forma ſubſtãtialis eſſe poteſt. Sed objicis: i anima in corpore alias proprietates producit, ſeq. tur, hominem non poſſe dici unum er ſe. Probatur, quia nulla qualitas per operationem producta poteſt conſtituere unum ſſentiale per ſe. Reſp. Probatio hæc aliena ſt & ἀπροσδιόνυσος, ideoque non eſt probaio. Concedimus, qualitatem per operationem productam non poſſe conſtituere unũ er ſe, ſed hinc non ſequitur propoſitionis eritas, ut adverſarius vult. Nam productæ lx proprietates non impediunt hominis nitatem per ſe; accidentia non deſtruunt ompoſitionem ex materiâ & formâ ubſtantiali. Si ſimul ſumo hominem cum roductis in ipſo proprietatibus, jam dico eſſe unum per accidens. V.g. Homo & facultas ridendi compoſitio eſt ex ſubſtantia & accidente, ideoq; eſt unum per accidens, nec men homo quatenus homo deſinit eſſe uum per ſe. Conſtat igitur, οὐτιδανὸν eſſe aderſarii argumentum propter falſam hanc ypotheſin; quòd forma ſubſtantialis operãdo in compoſito ꝓprietates faciat cõpoſitũ mplius nõ eſſe unũ per ſe. Militaret ſanè, ſi icerem⁹ formã ſubſtantialem eſſe ꝓductam

qualitatem. Quinimò ratiocinatio adversarii seipsam evertit, quod sic ostendo: Si anima rationalis suas essentiales proprietates corpori communicat, ex ipsius sententiâ homo non dicetur unum per se, quia nec essentiales proprietates unum per se constituere possunt, sunt enim accidentia. Omne autem compositum ex substantia & accidente est unum per accidens. Ratio est, quia accidens non est causa entitatis simpliciter, sed talis entitatis. Vide Scalig. exerc. 307. sect. 27.

Contra theses 26. & 27.

De totali migratione, inquit adversarius, *accidentis de subjecto in subjectum, quæ blateras disputator, suprà discussa sunt*. Resp. Lectorem ego remitto ad ea quæ aguntur in thesi 14. Deinde allatrat Aristotelis verba, quæ ad finem theseos 26. adjeci de proprio, quod non possit pluribus competere, dicit me impertinenter Arist. allegâsse; sed quomodo probat? nimirum suam cramben jam nunc satis rancidam de subjecto primario & secundario nobis reponit, quam suprà ex philosophię fundamentis rejecimus. Tertiò accedit ad id quod in hoc loco est præcipuum, videlicet: *An communicato uno idiomate, reliqua omnia communicentur*. Nos affirmamus, adversarius negat duabus rationibus.

Pag. 156. *1. Quorum propriorum non est eadem ratio respectu essentiæ, illorum quoque non est eadem ra-*
ti

tio respectu communicationis; quia talis propriorum communicatio astruenda est, qualem propriorum, quæ communicantur, natura admittit.

Jam verò non omnium propriorum eadem est natura: quædam enim sunt ἐνεργητικὰ, quædam sunt ἀνεργητικὰ. Illa sunt communicabilia, quia per subjectum cui fit communicatio, operationem suam exercere possunt: hæc verò sunt incommunicabilia, quia quum nullam operationem edere possint, à subjecto ἀλλοτρίῳ καὶ δευτέρῳ recipi haud possunt.

Respond. Est mera petitio principii. Tota nim hæc διάνοια nititur hypothesi vanæ & alsæ distinctionis inter subjectum primarium & secundarium. Constanter enim asserimus, proprium essentiale nullo modo agnoscere tale duplex subjectum; ex hac falsâ hypothesi exstructa est propositio. Deinde quod in assumptione dicit, propria ἐνεργητικὰ esse communicabilia, etiã falsum est ex hoc axiomate: Cujus est actus primus, ejus etiam est actus secundus. Si igitur actus primus est totius compositi, etiam actus secundus ejusdem erit; v.gr. risibilitas est πάθος non animæ, non corporis, sed totius hominis: ergo & ἐνέργεια seu actualis risus totius hominis est. ὶς διὰ πασῶν errat, qui dicit, risibilitatem esse proprium animæ, communicari verò corpori quoad ἐνέργειαν ridendi.

2. *Ab incapacitate subjecti recipientis: Omne receptivum recipit non per modum imprimentis, sed per modum receptivitatis.*

Jam verò subjectum secundarium nō est receptivum omnium propriorum, quia ἀντιφατικῶς *quædam ipsius naturæ repugnant.*

Resp. breviter ad assumptionem. Imò subjectum sive primarium sive secundarium sive tertiarium sive quartarium (& plura si velles) nullius essentialis proprii, quod est alterius subjecti realiter diversi receptivum est. Misera illa distinctio philosophicæ veritati parit nauseam. Miror quid sibi quæstio illa velit, quam ad me instituis, an ignis levitatem & raritatem ferro ignito ulla ratione communicare possit &c. nec tamen contra me disputas. Manet igitur verissimum quod dixi, communicato uno proprio communicari omnia. Invehitur nunc adversarius in allegationem Dn. Timpleri thesi 27. quã dicit se surdis auribus audire, quod equidem credo, siquidẽ veritati aures illæ sunt ἀπρόσιτοι. *Committis*, inquit, *primùm elenchum testimonii.* Resp. Cur non probas? ipsa verba Timpleri in thesin injeci. 2. *Keckermanno*, inquit, *quem defendis colaphum impingis. Ita enim scribit lib. 1. syst. log. c. 21. p. 186. Impoßibile propria perfecta vel ad momentum temporis à suis subjectis separari, illudque exẽplo caloris in igne probat, qui in fornace Babylonica (deest aliquid, puto non ußit) sicut*

Pag. 157.

Ubiqui-

biquitarii (ita nostros Theologos per calumniam vcat) statuunt, nimirum Cadmæi fratres inter se ṇælia miscent. Resp. Tu homo vide ne elenṇum testimonii committas. Optimè conciliari potest Timplerus cum Kecker. Loquiṭr Timplerus de caliditate & vi urendi, non ṇuidem illâ summâ, quæ est in gradu excelḷntissimo, formaliter; hæc enim non est niṣi in igne; sed loquitur de tali caliditate & ṿrendi vi, quæ etiam aliis rebus competere ṗotest per communicationem effectivam, ṿt docent sequentia verba. Keckermannus ṿerò loquitur de eâ urendi vi, quæ est summa, solique igni in naturali suâ dispositioṇe convenit. Vide Philosophi Marpurgenṣis Conciliatorem pag. 405. Sed etiam si disṣentiret hîc Timplerus à Keckerm. quid hinc ċommodi capere potest adversarius ad suæ ọpinionis defensionem? nihil quicquam. Sive enim vis urendi igni propria sit, sive ṇon sit, nihil refert, quum sit essentialis, ṇec eadem numero migret ex igne in aliụd subjectum. Quo igitur cunque adversarius sese vertit, dimittitur inanis. Pergit: Pag. 158.

Proprium est, quod uni soli speciei & semper convenit.
Atqui caliditas igni uni soli & semper convenit.
Ergo.

Respond. ad assumptionem, quæ vera est de caliditate in gradu excellenti, quatenus ex

naturali ignis dispoſitione promanat; fal
eſt,ſi generaliter caliditas accipiatur,ſic eni
plures res calidæ inveniuntur præter ignem
Hac reſponſione etiam ſequenti objectio
ſatisfacimus, in quâ quæritur, cur Kecker
mannus caliditatem ignis perfectum propri
um nominet. Non eſt igitur, adverſari
quòd exclames,me lupum auribus tenere, ſi
quidem ex inſidiis quas mihi ſtruxiſti,me fe
liciter extricavi. Tibi verò quid nunc eſt reli
quum, niſi ſcipio arundineus, aut caducu
paries in quem inclines? Derides, quæ e
Timplero de anima in corpore ſimiles qua
litates efficiente poſui, certè ut χλ δ'ακες aſſo
lent, & abſurdum extorquere conaris ho
modo: Si anima corpori non communica
eſſentiales ſuas proprietates, ſed in corpor
efficit quasdam qualitates, quæ ſimilitudi
nem aliquam habent cum proprietatibus a-
nimæ,ſequitur,hominem non eſſe forma
tum animæ naturâ, ſed tantùm ſimilitudi
nariis quibusdam animæ qualitatibus con-
ſtitutum. Reſpond. Miſcetur cœlum cum
terrâ. Aliud eſt hominis conſtitutio, aliud
quod illam conſtitutionem ſequitur. Homo
reverâ conſtituitur ex corpore organico &
animâ rationali, quæ unio eſt, ex quâ conſe-
quitur animæ ἐνέργεια in toto compoſito, ex
ἐνεργεία illâ ſunt effecta, quæ proprietates
Pag.160. totius compoſiti dicimus. In ultima theſeos

27.

7. particulâ defendere conatur hanc senten-
iam: Deitas est in carne Christi, sicut ignis in
rro. Eò quòd Basilius sit locutus de com-
unicatione, ego verò loquar de communi-
tionis modo. Respond. Verba schediasma-
s sunt satis clara; additur enim communi-
ns ipsi propriam suam facultatem, ac totum
rrum implens seipso; quæ verba certè de
odo sunt accipienda. Deinde etiã de com-
unicatione propriè sic dicta intellectum
lsum est; qa aliud est communicatio, aliud
nitio Deitas unita est carni Christi; non
ommunicata. Secundò iterum quærit ludũ
um in particulâ *sicut*, & distinguit inter
ommunicationem generalem & specialem.
esp. Vide quæ responsa sunt suprà ad theses
& 10. ad pag. 135.

Contra theses 28. 29. 30. 31. *Pag. 161.*

Nunc demum videndum nobis est, qui-
us rationibus adversarii evertere conentur
oc nostrum fundamentum: Ignis in ferro
gnito non communicat ferro suum calorem
undem numero, sed alium similem in ferro
t patiente generat. Adversarii nolunt agno-
cere similis caloris generationem. Quid ita?
uia, inquit schediasma, eadem est definitio
aloris in ferro & caloris in igne. Hanc ratio-
em esse nullam, ostendimus in th. 30. Quid
espondet adversarius? Dicit, me committe-
e elenchum περὶ τὸ μὴ ἁπλῶς λεγόμενον. *Quid*

enim, inquit, *ſi D. Finckius non de quâvis defin*
tione loqueretur, ſed tantùm de definitione qua
Goclenius tuus intuitivam vocat vel ſenſitivam
parte 2. probl. log. probl. 31. &c. Reſp. Qui
enim ſi tu jam nimis craſsè philoſophareris
Vel quid ſi ſchediaſma de definitione ἀλόγ
deliraret? In ferro ignito tanquam toto com
poſito agnoſco unum calorem, ſed vi i
gnis productum, qui ferri igniti adjuncta e
qualitas. Hic calor unicus eſt ſua defin
tione contentus. Sed quid ego curo reſpon
ſionem adverſarii tam frivolam & frigidam
de qua ipſe dubitat? Quærit ex me, an uni
cum, an verò duplicem calorem in ferro
ignito ſenſu meo percipiam? reſponſum jam
eſt! grunnire deſine, ſiquidem inepta eſt hę
tua ratiocinatio: In ferro ignito tactu ſen
tio unum calorem. Ergo ignis eſſentialem
ſuum calorem communicavit ferro. Quo
enim exterioribus ſenſibus asſequi non po
tes, λόγῳ tibi percipiendum eſt. Quin di
cis, Solem eſſe ſesquipedalem, quia viſus it
judicat, ex definitione intuitivâ. Quar
non reſpondiſti, adverſarie, ſed riſum mo
viſti.

Contra theſes 32, & 33.

Pag.162 Eſt certè hęc διάνοια firmiſſima: Unio no
tollit rerum unitarum diſtinctionem. Erg
nec deſtinctionem accidentium quæ rebu
unitis inſunt. Sed quid hîc muſſitat adver
ſarius

ius? *Interim tamen*, inquit, *ſubjecta illa ita t unita, ut proprietates eſſentiales inter ſe habe- communes.* Inde redit ad egregia illa (ſci-et) fundamenta de duplici ſubjecto, pri-rio & ſecundario, item de duplici ineſ-di modo, ἐνυπαρκτικῶς καὶ συνδυαςικῶς. Re-ond. Sunt aniles fabulæ, quas ſuprà vale- & nunquam audiri juſſimus. Unum ad- t quod ſpeciem aliquam habere videtur, probandum, ignem calorem ſuum eſſen-lem ferro communicare, hoc modo: *Pag.163*

Ignis calorem ſuum eſſentialem communicat ferro aut κατ᾽ εἴδη, aut κατ᾽ ἀριθμόν.

Non prius; quia duo accidentia ejusdem ſpeciei uni ſubjecto ineſſe non poſſunt. Ergo poſterius.

Reſpond. ad aſſumpt. Utinam adverſari- conſideraret, aliud eſſe conſtituens, aliud nſtitutum. Totum compoſitum eſt con-tutum, partes ſunt conſtituentes. Conſti-tum realiter differt à conſtituente; ideo- e totum compoſitum realiter differt à ſuis rtibus, etiam ſimul ſumptis. Quod ſi eſt, ut eſt, ſequitur ferrum ignitum re-ter differre à ferro & igne ut parti-s conſtituentibus, quarum ὀυσίαι ſem-r manent diſtinctæ. Si realiter differt, on poteſt quod eſſentialiter proprium eſt ius partis, ipſi toti communicari; parti-n tamen ἐνέργειαι quæ à proprietabibus

manant, ita conſpirant, ut quemadmodu[m]
partes non ſunt, ſed conſtituunt totum, i[ta]
quoque partium proprietates eſſential[es]
non ſunt proprietates totius, ſed conſtit[u]-
unt proprietates totius. Jam verò propri[e]-
tates conſtitutæ κατ' εἶδη ſunt eædem, & κα[τ']
ἀριθμὸν diverſæ à proprietatibus conſtituen-
tibus; idem judicium eſto de omnibus ali[is]
accidentibus partium & totius. Jam igitu[r]
opinor, vides, quomodo in ferro ignito no[n]
ſint duo ejusdem ſpeciei calores, ſed unu[s],
quia calor ferri igniti realiter differt à calor[e]
eſſentiali ignis, ſiquidem ipſe ignis, quoa[d]
ſubſtantiam, realiter differt à ferro ignit[o].
Pag. 164. Sed inſtas: *Ipſa ignis ſubſtantia eſt in ferro. Er[go]*
& proprietates eſſentiales ignis, maximè verò calo[r].
Reſpond. Concedimus totum. Ut ignis e[ſt]
in ferro, ſic etiam eſſentialis ejus calor in fer-
ro eſt, videlicet, ut συνεχόμενον ἐν τῷ συνέχοντ[ι].
Aër enim, qui antè intra poros ferri conti-
nebatur, in ignem mutatus eſt, qui ignis ja[m]
intra eosdem poros latitat, & ſic in ferro ca-
lorem extra ſeſe generat, ita ut calor in ferr[o]
reverâ ſit effectum tranſiens caloris illius,
qui in igne οὐσιωδῶς καὶ ἐνυπαρκτικῶς mane[t].
Perſtringis nunc poſtrema verba theſeos 3[.]
quæ ſunt: Nulla unio cauſſa eſt communi-
cationis proprietatum in unitis ſubjecti[s].
Quid tu? *Si*, inquis, *nulla unio eſt cauſſa commu-*
nicationis, ſequetur, duabus in Chriſto naturis tan-
tùm

m unionem & non communicationem intercedere.
d consequens est absurdum & hæreticum. Ergo &
tecedens. Minorem probo: Quicunque statuit duas
Christo naturas inter se tantùm unitas esse absque
mmunicatione, ille est Nestorianus & Samosateni-
us. Nestorianus, quia statuit nudam tantùm na- Pag. 165.
rarum παράστασιν, hoc est, nudam copulationem.
blatâ enim τῶν ἰδιωμάτων communicatione, nul-
n dari aut monstrari potest discrimen inter ve-
m & realem ἕνωσιν, hoc est, unionem, & παράστα-
, id est, combinationem & copulationem. Samosa-
nianus est, quia cum illo staiuit τὰς φύσεις πρὸς
υτὰς παντάπασιν ἀκοινωνήτους εἶναι. Atqui Gut-
rlethus hoc facit, quia dicit in genere, verum esse,
llam unionem esse caussam communicationis. Ergo.
espond. Verba mea non quâ par est fide ci-
ntur. Nec enim ego simpliciter omnem
mmunicationem nego, sed eam, quæ est
oprietatum in unitis subjectis. Quam igi-
r, inquies, agnoscis? scilicet eam, quæ est in
turis, quoad ἐνεργείας, quas in constitutio-
e unius ὑφισαμένου θεανθρώπου, nec non ἀποτε-
σμάτων conjungunt. Hîc enim naturæ
uasi mutuam operam sibi præstant, ut, in
uo una deficit, altera succurrat; Deitas non
otuit mori, mortua est humana natura. Hu-
ana natura non potuit seipsam excitare à
ortuis, præstitit hoc divina &c. Deinde
uam omnes confitentur communicatio-
em idiomatum & ego accipio, nimirum

quâ quod eſt unius naturæ, prædicatur in concreto de perſonâ ab alterâ naturâ denominatâ, ut Dominus vitæ eſt occiſus; Filius hominis deſcendit de cœlo. Tam longo intervallo ego à Neſtorio & Samoſateno abſum.

Contra theſes 34. & 35.

Negavimus hanc propoſitionem: Si ex igne & ferro unitis factum eſt unum ſubjectum, ſequitur, utriusq; calorem eſſe eundem numero. Quid adverſarius? dicit Finckii argumentationem eſſe veriſſimam, ſi modò ego dextrè intelligerem. Quid ita? *Etenim,* inquit, *verum eſt, ignem & ferrum eſſe duo ſubjecta diverſa, ſcilicet ratione eſſentiæ, interim tamen ignis & ferrum ignitum unum ſubjectum conſtituunt per accidens ratione* ἑνώσεως καὶ περιχωρήσεως, *hoc eſt unionis & permeationis, propter quam unionem & permeationem intimam & arctiſſimam, unus quoq; in ferro & igne calor ſtatuendus eſt. Aliâs enim ſequeretur, calorem ab igne generatum & productum in ferro, ipſi quoq; igni inhærere, atq; ſic duo accidentia ejusdem ſpeciei uni eidemq; ſubjecto inhærerent, quod abſurdum eſſe antea demonſtravimus.* Reſp. Hîc veris falſa remiſcet, ut falſis fiat fucus. Nullo enim modo concedendum eſt, quod dicit, propter unionem in igne & in ferro eſſe unum numero calorem; in ferro v. ignito unum numero calorem à calore ignis productum concedimus. Deinde, quæ addit de duplici calore igni inhærente, minimè ſe-

quun

uuntur,ut in præcedentibus modò eſt di-
tum. Denique impugnat hæc mea verba
neſeos 35. partium accidentia de toto qui- *Pag.166.*
em rectè prædicantur, ſed ſtante interim li-
nitatione & reſtrictione, quâ propriè tribu-
ur parti unicuiq; quod ſuum eſt. Quid re-
erit? *Quæro, inquit, an partium accidentia rea-
ter, an verò verbaliter de toto prædicentur? Si rea-
ter, contradicis tuis, qui ſcribunt, ferrum ignitum
ntùm verbaliter urere. Si verbaliter, ergo falſum
ſt ferrum ignitum verè urere &c.* Reſp. οὐδὲν
πρὸς ἔπος. Quid alii dixerint vel non dixe-
int, ad meas rationes non ſpectat. Reſponde
d rem ſi potis es. Ego ferrum ignitum reali-
er urere ſtatuo, eique realem calorem à ca-
ore ignis productum tribuo. Quid vis am-
lius?

Contra theſes 36. & 37.

Hîc adverſarius corrigit ſuam argumen-
ationem, dum talem proponit: *Si in ferro igni-* *Pag. 167.*
*o eſt ipſa ignis ſubſtantia, & ſubſtantia non recipit
nagis & minus, ſequitur, quòd non ſit magis ſub-
antia ignis in ferro ignito, quàm in igne, h.e. tam ha-
ere ſubſtantiam ignis ſibi præſentes eſſentiales quali-
ates & proprietates in ferro ignito, quàm in ipſo
ne, ac proinde non poſſe ſimiles proprietates in ferro
roducere, ſed eaſdem numero proprietates, quas in ſe
abet, ferro ignito communicare.* Reſpond. Quo-
nodo ignis κατ' οὐσίαν ſit in ferro ignito, pau-
ò antè diximus. Propoſitionem connexam

concedimus, ſed conſectarium, quod adverſar
ex eâ deducit, nullum eſt. Siquidem ejus rati
in propoſitione non extat. Non enim ſequi
tur: Ignis latens in poris ferri præſentem ſib
habet eſſentialem calorem. Ergo eunde
communicat ferro. Hoc verò ſequitur; erg
in ferro generat calorem. Ratio conſecutio
nis eſt; quia calor ille eſt ἐνεργητικὸς, deinde qui
ipſum ferrum aptum eſt ad calorem concipi
endum.

Contra theſin ultimam.

Dicit adverſarius, Baſilium nimis eſſe Lu
theranum: ridiculum. Ergo Baſilius ſecutu
eſt doctrinam Lutheri. Deinde ſic pergi
*Quod addis, ſatis tibi eſſe, ſi non contradicas experien
tiæ, rationi & S. Scripturæ, candorem tuum prodis,*
Pag. 168. *ſcilicet plus experientiæ, quæ ſenſibus nititur, & rati
oni, quæ in divinis cæca, quàm S. Scripturæ tribuer
quæ fidei noſtræ unica norma eſt & magiſtra. Han
enim poſtremo loco collocas tanquam lumen poſt la
ternam.* Reſp. Egregiam conſecutionem. S
propterea nullus in me candor eſt, quod ex
perientię primo loco memini, rationis ſecun
do, S. Scripturæ tertio, quid tu audacule re
ſpondebis Apoſtolo Paulo, qui Tit. 2. ℣. 12. e
ore Spiritus S. nos jubet vivere primò σωφρό
νως, deinde δικαίως, tertiò εὐσεβῶς. Erg
concludes tu de Apoſtolo, quòd velit ut ho
mo primò habeat rationem ſuiipſius, deind
proximi ſui, tertiò denique Dei, ac proind
e

uo cerebro Apoſtolus non egit candidè
deat te harum cavillationum. Verùm, ut
quam tibi hujus ordinis mei reddam rati-
em, ſcito, me ab infimo gradu ad ſupre-
m aſcendere voluiſſe. Nam quò non po-
aſſurgere ſenſus, ſuccurrit ratio; quod
io aſſequi non poteſt, ſuppeditat S. Scri-
ra, ultra quam qui ſapit, deſipit. Sed tu
um non haberes quod reſponderes, ad il-
l delapſus eſt convicium, ſcilicet ne à mo-
us Ubiquitariorum degenerâſſe videre-

Habes igitur, adverſarie, mearum diſpu-
ionum ſchediaſmatibus nonnullis oppo-
rum ſolidam & perſpicuam defenſionem:
am ſi absque præjudicio legeris, ſpero te
ritatem amplexurum, & à ſophiſtico alter-
ndi ſtudio in poſterum tibi temperatu-
m. Quòd ſi aſſecutus fuero, mihi gaude-
, tibi verò gratulabor; ſin minus, me ta-
nen hujus laboris non pœnitebit. Qui
enim fructus non apparet in uno,
in aliis uberior eſt ſpe-
randus.

Δόξα Θεῷ.

DISPUTATIO VI.

implicet contradictionem, cùm
lico,unum corpus eſſe in pluri-
bus locis? *Aff.*

Reſpondit JUSTUS ALSTEDIUS Bal-
lersbacenſis Naſſovicus.

Citè & verè dixit Ariſtoteles lib.1.Phyſi-
corum cap.2. ἑνὸς ἀτόπου δοθέντος τ' ἄλλα
βαίνει, quod quàm verum ſit, abundè ſatis
ntur Ubiquitariorum maleſanæ diſpu-
ones,quibus eò progreſſi hodie ſunt inſa-
, ut ad corporis Chriſti παντα χουσίαν obti-
dam abſurdiſſima quæque ſtatuere non
itent.

Ex horum numero eſt quidam diſpu-
r, qui in ſchediaſmatibus non ita pridem
iſſis, part.1.ſched.39. διαῤῥήδην defendere
atus eſt hoc ἄτοπον; poſſe ſine contradi-
nis implicatione unum corpus eſſe in
ribus locis, videlicet ſimul & unâ vice.

Placuit igitur nobis rationes diſputatò-
quibus ſuam opinionem ſtabilire ſe poſſe
at,altiùs expendere,& ſtudioſę adoleſcen-
unà cum firmis ſolutionibus penſiculan-
proponere.

1 Prima diſputatoris ratio eſt; quia in lo-

co esse non est de essentiâ corporis; illa aut contradictionem implicant quæ cum re sentia pugnant, ita ut dicatur res esse & n esse. Syllogismus est talis:

Id implicat contradictionem quod pugnat cum essentia.

In pluribus locis esse, non pugnat cum corp essentiâ. Ergo

In pluribus locis esse ratione unius corporis non plicat contradictionem.

5 Propositionem probat, quia omne est contrarium contrario suo per essenti suam, qua est id quod est. Assumtionem confirmat; quia in loco esse, nō est de corp ris essentiâ, quod ulterius inde probat, q non est de ejusdem definitione, quum co poris definitio sit magnitudo longa, lata profunda.

6 Respondemus primò ad propositi nem ejusq; probationem per concessione sed ita, ut exclusivam, quæ latére videtur, m nimè concedamus, nempe quòd ea tantu modo contradictionem implicent, quæ d rectè cum rei ὀσία, hoc est, essentiâ, pugnan

7 Manifestum est enim, & uno ore fate tur omnes rectè sentientes Philosophi, etia id implicare contradictionem, quod pugn cum essentialibus rei proprietatibus, siqu dem illæ individuo ac indissolubili nex cū essentiâ cohærent, ut simpliciter ἀδυνατ

si

eas à subjecto removere, nisi ipsum subje-
m destruatur, unde illud notum axioma:
i tollit proprietates, tollit ipsam naturam.
8 Deinde ad assumptionem, quæ falsa est.
l ponderemus disputatoris fundamenta,
bus assumptionem fulcire nititur; 1. Quia
oco esse, inquit, non est de essentia corpo-
unde hic syllogismus:

Quod non est de essentiâ corporis, id sine implicatione contradictionis negari potest de corpore.
In loco esse, non est de essentiâ corporis.
Ergo in loco esse, sine implicatione contradictionis de corpore negari potest.

9 Assumtionem tanquam controversam,
æ tamen controversa non est, disputator
ustra probat; propositionem verò, quam
niversaliter sumtam falsissimam esse con-
nter dicimus, non probat. Quamvis enim
ἴδιον non sit de rei essentiâ (nec enim essen-
am rei constituit) rei tamen essentiam con-
tutam summâ de necessitate & vi essentia-
s nexus sequitur, ut sanè sine contradictio-
is implicatione de suo subjecto negari ne-
uaquam possit, quæ causa est cur ἐπουσιῶδες
: essentiale à posteriori, item Ens in secundo
iomento à Philosophis dicatur.

10 At verò posteriorem hanc assertio-
em nostram disputator, ut falsam rejicit,
uum disputat, nec à posteriori locum cor-
ori necessarium esse, ideò quòd falsum sit,

nullum corpus sine loco existere posse. Sy
gismus est hic:

Sine quo aliquid esse potest, id à posteriori ei
est necessarium.

Sine loco corpus aliquod esse potest. Ergo

Locus corpori à posteriori non est necessarius.

11 Assumptionem probat disputa primùm duob. specialibus exemplis. 1. Q τὸ πᾶν corpus est, & tamen ex sententiâ Ar non est in loco. 2. Cœlum ultimum corp est, nec tamen in loco. Respondemus; In l co esse, apud Aristotelem dicitur duob modis: Primò, quod mensuratur partib quantis ad se invicem certâ dispositione, τα καὶ συμμετρίᾳ determinatis ad certam distan am, extra quam partes se non extendent suis terminis situantur & collocantur. Dei de, quod jam ita in se certo partium situ me suratum ac determinatum commensuratic nem habet ad aliud corpus contiguum.

12 Secundùm priorem modum tam n cessariò omne corpus in loco est, & quider uno, quàm necessariò corpus est in se unũ, & à seipso indivisum. Si in pluribus locis simu esset, non esset unum, sed multa, siquiden quatenus esset in uno loco, non continuare tur cum eodem, ut est in alio loco. Ita sanè τ πᾶν in loco est, ut & cœlum extimum. Sun enim corpora, & omne corpus etiam à sui διαστήμασι locationem obtinet. Huc respexi

Arist

ist.lib.4.Phys.c.4.textu 32. ubi in hanc vo-
m erumpit: διὰ τοῦτο (videl. διὰ τὴν κίνησιν τὴν
τόπον) καὶ τὸν οὐρανὸν μάλιστα οἰόμεθα ἐν τόπῳ, ὅ-
τι ἀεὶ ἐν κινήσει. Hîc expresſè dicit Ariſt. Cœ-
m eſſe in loco. Quòd autem quidam rege-
nt, cœlum extimũ eſſe in loco ex acciden-
, videlicet non per ſe totum, ſed ſecundùm
rtes, id tanquam frivolum nos non mora-
ur. Cujus enim omnes & ſingulę partes
nt in loco, id ipſum in loco eſſe neceſſe eſt.

13 Secundùm poſteriorem modum τὸ πᾶν
t cœlum in loco non eſſe dicuntur. Siqui-
em Ariſtot. lib.4.Phyſ.cap.5. in princ. ᾧ μὲν
ν, inquit, σώματί ἐστι τι ἐκτὸς σῶμα περιέχον, τοῦτό
ἐστιν ἐν τόπῳ, ᾧ δὲ μὴ, οὐ; illud corpus quod à
nullo continetur, dicit Philoſophus non eſſe
n loco. Et paulò pòſt expreſſiùs, ὁ δὲ οὐρανὸς
οὐδ' ἔν τινι τόπῳ.

14 Hæc Ariſtotelis verba ſatis ſuperque
allatam noſtram diſtinctionem confirmant.
Quid ergo contra diſputatorem hîc obtine-
mus? nimirum hoc, quòd nullum corpus
poſſit eſſe ſine loco ſecundùm priorem acce-
ptionem, quæ poſteriori præferenda eſt; id
quod & ſubtiliſſimus Scaliger vidit exercit.5.
ſect.3. ubi dicit, locum non eſſe exterioris
corporis ambientem ſuperficiem, ſed id
quod intra eam ſuperficiem continetur; &
ibidem primum cœlum in loco eſſe ait, nem-
pe in ſuo ſpatio quod occupat.

15 Deinde, quod dicit diſputator, locu & rem locatam ſeparari poſſe, verum eſt, loco ſingulari & individuo acceptum, no verò de loco in genere; vel ſi placet, diſtingu inter locum & localitatem, ut in theſi 18. fe cimus. Meum corpus poteſt abeſſe ab eo loc in quo jam eſt, ſed ſimpliciter ſine loco eſ non poteſt.

16 Pergit ſophiſticari diſputator:

Si locus de eſſentiâ corporis eſſet; corpus quatenu corpus, eſſet in loco.

At non hoc. Ergo nec illud.

17 Aſſumtionem probat; quia locus eſt proprius corporis αἰσθητοῦ καὶ κινητοῦ, φθαρτοῦ, ψυχικοῦ, ut Apoſtolus vocat; item quòd Ariſtoteles corpus ſubjicit loco propter indigentiam, unde locus dicitur conſervare rem locatam, id quod deinde multo verborum ſtrepitu diducit.

18 Reſpondemus primò ad ſyllogiſmum principalem per conceſſionem. Contra propoſitam n. quæſtionẽ nihil concludit, ſiquidem ultrò damus, locum non eſſe de eſſentiâ corporis, cùm ſit ἐκ τῶν ἔξω προσκειμένων. Sed, inquies, quid hoc rei? annon dictum, in loco eſſe, eſſe corporis eſſentialem proprietatem? Ita eſt ſanè. Nam aliud eſt locus, aliud eſſe in loco, ſeu localitas. Locus externum accidens eſt corporis; localitas verò non item.

19

19 Deinde ad proſyllogiſmum, in quo
putator probare vult, Corpus eſſe in loco,
n quatenus corpus eſt, ſed quatenus eſt αἰ-
ϑητὸν, κινητὸν, φθαρτὸν, ψυχικὸν, ex quibus ſo-
nmodo τὸ κινητὸν aliquid ad ipſius propo-
um facit, cætera ſunt aliena & otioſa. Cor-
s enim propterea in loco eſt, quia mobile
, & quidem locali motu: deinde, quia
antum eſt, & quatenus quantum eſt, eſt
tenſum in longum, latum & profundum,
eoque certum habet ſitum & diſtantiam
rtium, ac proinde certum ſpatium locale
plet & occupat. Timpl. lib. 4. Metaph. cap.
quæſt. 5. Quæ porrò disputator addit de
cati conſervatione, quæ à loco fit, primò
nt ἀπροσδιόνυσα, deinde falſa, quum locus
uatenus eſt locus, rem non conſervet: ſed
rma. Scalig. exerc. 5. ſect. 1. pag. 12.

20 Ex his igitur conſtat, disputatorem
uſtra laborâſſe in demonſtrando hoc ab-
rdo, quòd unius corporis πολυτοπία non
nplicet contradictionem. Ultimo loco
bjicit:

Contradicentia terminos ſimplices habent τὸ εἶναι καὶ μὴ εἶναι.

Eſſe in loco, & eſſe in pluribus locis, non ſunt hujus generis, hoc eſt, non habent ſimplices terminos τὸ εἶναι καὶ μὴ εἶναι.

Ergo eſſe in loco, & eſſe in pluribus locis, non ſunt contradicentia; & per conſequens quum di-

co, unum corpus esse in pluribus locis, non im-plicat contradictionem.

21 Assumptionem disputator probat, quia unum & multum quum se mutuò constituant, contraria esse non possunt.

22 Respond. ad probationem, esse manifestum ψεῦδος, ex quo fallendi libido appareret. Quis enim nisi mentis inops sic unquam est argumentatus: Unum & multum se mutuò constituunt: Ergo unum est multum, & multum est unum, ac proinde quod est in uno loco, est etiam in multis locis, videlicet, secundùm idem, ad idem & eodem tempore. Deinde falsissimum est, quod dicit, unum & multum sese mutuò constituere. Unum enim quâ unum, semper est unum, nec unquam constituere potest multum; & multum quâ multum, nunquam potest esse unum. Quis igitur ferat ita ratiocinantem? Quod est in uno loco, est etiam simul in pluribus locis; quia unum & multum sese constituunt? Multæ partes constituunt quidem unum compositum; sed unum compositum non constituit multas partes. At verò quid hoc ad rem? Fortassis quia unum & multum relata sunt, inde est mutua constitutio! Sint sanè relata, sed κατὰ τὸ λέγεσθαι, non κατὰ τὸ εἶναι. Relationis verò hîc nulla est consideratio.

23 Videmus igitur, quàm vanum & irritũ sit

t Ubiquitariorum ſtudium, quo corporis hriſti omnipræſentiam aliis perſuadere coantur, & quàm turpiter error errorem traat, dum eò abſurditatis prolabuntur, ut uius corporis πολυτοπίαν non implicare conradictionem contra immota ſanæ philoſohiæ fundamenta ſtatuere non vereantur.

DISPUTATIO VII.

An ideo, quia Chriſtus eſt in cœlo, vero ſuo corpore non ſit in Cœnâ?

Reſpondit MICHAEL ASCHENBÔRNERUS Bethanienſis Sileſius.

QUæſtio hæc, cùm ex parte ſit philoſophica de veri corporis natura, ex parte theologica de corporis Chriſti præſentia in ſacrâ Cœnâ, ad diſputandum à nobis, qui Chriſtiani Philoſophi eſſe debemus, proponitur, ut nonnullorum hominum ſomnia & deliria, quæ ſunt de corporis Chriſti πανταχουσίᾳ ſeu omnipræſentia detegantur, & veritas à vanis illorum ſtrophis vindicetur.

2 Nuper quidam diſputator prodiit, qui in ſuis, quæ vocat, Schediaſmatibus parte 1. Sched. 18. propoſitam quæſtionem negare non eſt veritus. Quapropter exercitii causâ

ejus rationes ad publicam hanc disputatio-nem ceu veritatis incudem adducere, & immotis sanæ Philosophiæ, quæ SS. Theologiæ se nunquam & nuspiam opponit, fundamentis modestè & placidè citra ampullas & sesquipedalia verba refutare, atque ita veritatis telo confodere visum est.

3 Primò disputator contra quendam orthodoxum Philosophum, qui sic argumentatus fuit: Christus suo corpore ascendit in cœlum: Ergo suo corpore jam non est in Cœnâ: in hunc modum excipit: Paulus doctrinam de S. Cœnâ Corinthiis proposuit post ascensionem Christi. Ergo Christus vero suo corpore est in Cœnâ.

4 Respondemus, nullam esse connexionem in propositione; Consequens igitur Enthymematis ex antecedente nequaquam elici potest. Quæ enim, quæso, ratio hujus connexionis esse potest: Si Paulus post Christi ascensionem docuit de S. Cœnâ, corpus Christi in ea substantialiter adest? Si verò disputator sic instituere velit suam διάνοιαν: Paulus post Christi ascensum docuit, corpus Christi verè & substantialiter esse in Cœnâ; Ergo ita est: probandum ipsi fuerit antecedens; quod non facit, nec facere potest.

5 Pergit disputator contra Philosophum ex verbis Pauli 1. Cor. 11. sic ratiocinantem: Qui propterea instituit suam S. Cœnam, ut

ea mors sua, donec veniat, annuncietur, is certè in ipsa Cœnæ peractione non est corpore suo præsens. Atqui Christus ita instituit suam Cœnam, &c.

6 Excipit disputator, nihil sibi hoc officere, eò quòd Apostolus loquatur tùm de visibili adventu, tùm de adventu ad judicium. Illud multis testimoniis probat, sed vanè, cùm nemo sit, qui contradicat. Fore enim adventum Christi ad judicium visibilem, è sacris literis edocemur. Quid ergo adversarius intendit? Hoc docent sequentia verba: *Unde patet, salvam nihilominus manere invisibilem ejus præsentiam in Cœnâ, & nec titivillicio æstimandos clamores Apusiastarum: Corpus Christi est in cœlo: Ergo non in Cœnâ.*

7 Hîc verò vertitur disputationis cardo. Unde probabit disputator, corpus Christi substantialiter, & κατ' ὐσίαν esse simul in cœlo, & in hís terris in sacrâ Cœnâ?

8 Nimirum probare hoc nititur 1. verbis institutionis S. Cœnæ, Hoc est corpus meum; Hic est sanguis meus. Respond. Atqui hoc nullo modo est respondere, sed τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνειν. Controvertitur enim adhuc inter Ubiquitarios & Orthodoxos de horum verborum sensu. Ineptè igitur adversarius pro confesso & concesso sumit id, de quo inter utramque partem nondum convenit. Priùs demonstret, verba institutionis esse propriè

accipienda; vel eundem esse sensum in his: Panis est corpus Christi,&,In,cum & sub pane est corpus Christi; vel denique, quod non minùs ineptum est, pronomen *Hoc* non esse referendum ad panem, sed ad corpus Christi sub pane.

9 Deinde ad alia S. scripturæ dicta transit. Christus, inquit, qua Deus, qua homo, invisibiliter ambulat in medio candelabrorum, Apoc. 1. & 2. in medio nostrûm, Matth. 28. Dominatur in medio inimicorum, Psal. 110. Sedet in medio throni DEI, & tamen implet omnia, subjecta sibi habet omnia, omnesque creaturas in manibus suis. Ergo vero suo corpore est in Cœnâ.

10 Resp. οὐδὲν πρὸς ἔπος. Illa enim dicta omnia loquuntur de regio officio Christi, quo militantem Ecclesiam in his terris, tanquam omnipotens rex noster gubernat, & contra hostes protegit. Quid autem hoc ad præsentiam corporis in Cœnâ? Et falsum est, cùm dicit disputator, Christum, quâ homo est, esse in medio nostrûm. Cùm enim sermo sit de officio Christi, constat Christum esse subjectum, non limitatum, sed absolutum. Nemo igitur nisi ἀῤῥωστίᾳ διανοίας laborans ita argumentatur.

11 Ad Ephes. 4. ℣. 10. dicitur Christus ascendisse supra omnes cœlos, ut impleret omnia. Ergo corpore in omnibus locis est præsens,

æſens, ac proinde etiam in Cœnâ. Reſp. Eſt
acia phraſeos. Implere enim omnia, Apo-
lo non eſt corpore per omnia loca diffun-
ſed omnia Eccleſiæ membra donis Spiri-
S. implere, ut conſtat ex circumſtantiis te-
is, & ex c. 1. v. 22. & 23. ubi Chriſtus caput
cleſiæ dicitur omnia implere in omnibus,
mirum dum beneficia ſua ſingulis Eccleſię
embris impertit. Quemadmodum enim
put ſua dona, videlicet ſpiritus animales
r nervos toti corpori communicat, atque
omnia corporis membra ſpiritibus ani-
libus implet, unde motum & ſenſum acci-
unt; ſic Chriſtus caput noſtrum ſua in nos
na per Spiritum S. diſtribuit. Nihil igitur
corporis Chriſti ubiquitatem proban-
m confert hoc dictum.

12 Tertiò profert diſputator apparitio-
es Chriſti, factas Paulo in via Damaſcenâ,
ct. 9. in templo, Act. 22. in caſtris Lyſiæ, Act.
. item 1. Cor. 9. v. 1. Sic igitur inſtituitur ra-
ocinatio. *Chriſtus poſt aſcenſionem in cœlum, ap-
ruit Apoſtolo Paulo in terrâ. Ergo corpus Chriſti
t ubiq́; & per conſequens in S. Cœnâ.*

13 Reſp. Eſt fallacia conſequentiæ, quia
alè connectitur medius terminus cum ma-
re in hac propoſitione: Qui poſt aſcenſio-
em in cœlũ apparet alicui in terrâ, ejus cor-
us eſt omnipræſens. Quòd ſi hæc argumen-
atio eſt legitima, & hæc bona erit; Moſes
Elias poſt diſceſſum ex hac vitâ apparue-

runt discipulis Christi, Matth.17.℣.3. Er
illorum corpora sunt ubique. ἄτοπον.

14 Deinde tenendum est, fuisse illas vi
ones vel hyperphysicas, vel licet physicas, t
men extraordinarias, quibus Christus ab h
minibus in terra existentibus visus fuit. S
Stephanus intentis in cœlum oculis sursu
videt apertos cœlos & Jesum stantem à de
tris Dei, hoc est, in cœlesti majestate. Sic i
itinere versus Damascum Paulus vidit Chri
stum, qui apparuit modo extraordinario, u
Paulus de ipsius resurrectione certior esse
possit, confer 1.Cor.15.℣.8. Et notetur prob
quod scriptura alibi dicit, Christum esse
conspectum à Paulo per visionem. Act.18.℣.
9. Per visionem autem videre est, ideam ab-
sentis divinâ virtute sic imprimi & repræsen-
tari sive sensui, sive menti, ac si præsens asta-
ret ob oculos. Vide librum eruditissimum,
qui inscribitur Commonefactio cujusdam
Theologi de sacrâ Domini cœnâ, & ejusdem
commonefactionis consideratio &c. pag.
577. & 578.

15 Quartò adducit disputator auctorita-
tem J. Cæsaris Scaligeri, qui libr. 6. Poët. pag.
775. dicit, quòd Dominus Jesus nos quoti-
diana præsentiâ dignetur, & nos inter affutu-
rum sese pollicitus sit, quibuscunque terra-
rum locis ejus nomine conventus indicetur.
Ex quibus verbis irrito & frustraneo conatu
dis-

putator concludit, corpus Domini Jesu
rè esse præsens in his terris.

16 Resp. Longissimè abest disputator à
ente Scaligeri, qui in dicto loco disserit
ntra quorundam poëtarum, maximè verò
rulli, pessimam consuetudinem, qua car-
nibus suis sacris nomina fictitiorum de-
um immiscent, & vult de Deo, & filio Dei
omino nostro Jesu Christo sanctè & so-
iè esse loquendum, non quemadmodum
hnici fabulati sunt de Jove, ejusque pro-
piâ: atque inde Scaliger adducitur ad lau-
s Jesu Christi, quòd quotidianâ præsentiâ
os dignetur; ubi rectè & ex mente scriptu-
loquitur. Adest enim nobis Christus us-
ue ad consummationem seculi, Matth. 28.
ubi duo vel tres congregati sunt in nomi-
e ejus, in medio illorum est, Matth. 18. ℣. 20.
ed quomodo adest? non corpore suo, sed
ivinâ suâ majestate, donis & spiritu suo, ut
eganter hoc expressit D. Lutherus in psal-
o: Ein veste burgk ist unser Gott.

17 Sed demus ex hypothesi, Scaligerum
qui de præsentia corporis Christi, tanta ta-
ien ejus apud nos autoritas esse non debet,
t novum fidei articulum, cui obstricti si-
nus, nobis cudat & obtrudat.

18 Quintò ad syllogismum orthodoxi
Philosophi regreditur disputator, eumque
ejicit, cùm dicit, plus esse in conclusione,

quàm ex præmiſſis elici poſſit. Syllogiſm
hic eſt:

*Corpus quod evectum eſt ad cœlos; ibiq́ manen-
que ad noviſsimum diem, jam non eſt in te
Corpus Chriſti evectum eſt ad cœlos, &c. E
corpus Chriſti jam non eſt in terrâ.*

Quid hîc diſputator? Diſtinguit inter d
verſos præſentiæ modos, & vult, Chriſti co
pus eſſe in cœlo ſecundùm veri corporis m
dum ſeu localiter; eſſe ubique perſonaliter,
deniq; eſſe in Cœnâ ſacramentaliter.

19 Reſp. Vana eſt diſtinctio, quæ re
ipſam deſtruit & evertit. Examinemus ea
Dicit, corpus Chriſti eſſe in cœlo ſecundù
modum veri corporis, unde ſequitur, eſſe i
in terrâ ſecundùm modum corporis non ve
ri, ſed ficti, ac proinde corpus Chriſti, quo
in cœlo eſt, eſſe verum corpus; quod verò i
terrâ eſt, non eſſe verum corpus; atque it
duo corpora Chriſtus habere fingitur. ἄδη
λον, ἄτοπον. At, inquies, corpus Chriſti, quo
in terra eſt, eſt verum corpus, licèt non adſi
ſecundùm modum veri corporis: σιδηρόξυ-
λον; cùm ſubſtantiam ſemper comitetur mo-
dus.

20 Quod dicit, corpus Chriſti eſſe ubiq;
perſonaliter, id vanum eſt & frivolum. Qui
enim perſonaliter ubique eſſe poteſt, quod
non eſt perſona? Cur pari modo non liceat
dicere: Corpus Chriſti eſt Deus perſonaliter,
vel

l divina natura Chriſti eſt homo perſona-
ter? A toto ad partes integrantes affirmati-
argumentatio non procedit, cùm eſſentia
tius συνόλȣ non communicetur partibus.
unt igitur præſtigiæ & inanes verborum lu-
is, quibus incauti circumveniuntur.

21 Denique, quod dicit, corpus Chriſti in
Cœna eſſe ſacramentaliter, in ſano ſenſu li-
enter concedimus, videlicet, ſi ſic intelliga-
ur, quòd panis S. Cœnæ ſit ſacramentum
orporis Chriſti pro nobis in mortem tradi-
i. Quanquam ipſa phraſis hunc ſenſum vix
dmittit. Nam ſacramentaliter aliquid eſſe,
ihil eſt aliud, quàm ex ordine divinitus in-
tituto aliquid repræſentare, & obſignare ad
confirmandum noſtram in Chriſtum fidem.
Corpus autem Chriſti non eſt ea res, quæ ali-
am repræſentat aut obſignat, ſed quæ repræ-
ſentatur & obſignatur.

22 Adducit diſputator ſimilitudinem, qua
triplicem modũ præſentiæ corporis Chriſti
ſtabilire nititur, nempe, Quemadmodum
Dei filius ſecundùm divinitatem habet tri-
plicem modum eſſendi; in omnibus per eſ-
ſentiam, in juſtis per gratiam, in Chriſto per
unionem: ſic corpus Chriſti localiter eſt in
cœlo, perſonaliter in verbo, ſacramentaliter
in altari. Sed priùs diſputator probet, quod
eſt controverſum: deinde, ſi quid eſt obſcu-
rum, ſimilib. declaret. Innocentii, Bonaven-

turæ, Chrysostomi, aliorumq; Patrum aut
ritates non patimur usq; adeò nobis imp
rare. Utimur enim illorum autoritate n
pro firmamento, sed pro ornamento. Si p
trum autoritates hîc prævalent, nos rege
mus illud, Sursum corda, quod in primiti
Ecclesia in peractione S. Cœnę fuit usitatun

23 Ultimo loco ad P.Martyrem accedi disputator, quem pro suo more pseudo-Martyrem vocat, eumque perstringit, quòd dixerit (locus non allegatur) Deum omni su potentiâ efficere non posse, ut unum corpus sit in pluribus locis, intellige simul. Sed hæc verba P.Martyris (si modò sunt Martyris) sano sensu accepta optimè defendi possunt. Deus enim ita potens est, ut, quæ veritati ex adverso repugnant, propter summam & perfectissimam potentiam efficere non possit. Sunt autem hæc revera ἀντιφατικὰ & veritati repugnant, si dico, corpus esse, & in pluribus locis simul esse, cùm essentialis proprietas corporis sit unâ vice unum locum occupare. Et quî, quæso, sine manifestâ contradictione dici potest, unum continuitate posse occupare distincta spatia? Unum igitur erit à se distinctum, hoc est, unum erit non unum. ἄτοπον.

24 Sed quomodò disputator hîc probare nititur unius corporis πολυτοπίαν? Primùm hoc conatur probare dictis scripturæ, deinde

autori-

oritate Irenæi, Fulgentii & Damaſceni.

25 Ex ſcriptura adfert tres locos. Primus us eſt ex Zachariæ 8. ỽ. 6. Si videbitur diffle in oculis hominum, nunquid in oculis is difficile erit, dicit Dominus exercituũ? ter locus eſt ex Lucæ c. 1. ỽ. 37. Apud De- non erit impoſſibile ullum verbum. Ter- s eſt ex Paulo Epheſ. 3. ỽ. 20. Potens eſt us omnia facere ſuperabundanter quàm imus aut intelligimus.

26 Reſp. Concedimus equidem, Deo nnia, quæ vult & promittit, eſſe δυνατὰ, & eo facilè præſtari poſſe: ſed quæ contra- ictionem implicant, Deo eſſe poſſibilia, utiquam concedimus: quia quicquid im- cat contradictionem, à veritate aberrat, fectum & imperfectionem, atque adeò ἀ- δυναμίαν arguit, cujusmodi eſt πολυτοπία nius corporis, ut probavimus theſi 23. uare quod ad dicta ſcripturæ attinet, ne- itur funiculus ex arenâ. Nam apud Zacha- am & Lucam indicatur, Deo eſſe poſſibile mne id, quod decrevit & promiſit. Pro- et igitur diſputator, Deum decreviſſe & omiſiſſe πολυτοπίαν unius corporis, de qua illis locis ne gry quidem extat. Deinde, uod attinet ad locum Pauli, recitatur ibi ratiarum actio, quâ Epheſii ſimul confir- nantur in ſpe & fiducia erga Deum, qui pro finita ſua potentiâ quicquid ſperant & pre-

cantur, ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ nimirum plusquam sperant & precantur, sit largiturus & concessurus.

27 Ineptè igitur & admodum insulsè concludunt Ubiquitarii: Deus plura potest quàm nos intelligimus. Ergo potest efficere ut unum corpus sit in pluribus locis simul. Quòd enim illud in scripturâ traditur, inservit consolationi nostri, ne de Dei promissionibus, quæ sæpe superant captum nostrum dubitemus. Non igitur debet hoc ad tales ineptias trahi.

28 Dicta Irenæi, Fulgentii & Damasceni, quæ disputator citat, tanquam piè dicta accipimus. Loquuntur enim de promissionibus Dei, sed sunt à scopo aliena. Manet igitur hoc fixum & firmum, esse mera & vana somnia Ubiquitariorum, quæ traduntur de veri & substantialis corporis Christi præsentia in Cœnâ, cùm ibi sit duntaxat repræsentatio ejus ad fidem in cordibus fidelium confirmandum instituta.



DISPUTATIO VIII.

In quâ

uæstio, an quod physicè est contra aturam rei, per modum hyperphysiim, de rę affirmari possit; tam Theologo, quàm Philosopho scitu necessaria, excutitur:

Respondit MATTHIAS BUTZBACH. Herbornensis Nassovicus.

PHilosophum σοφῶς καὶ σαφῶς loqui & docere oportet. Cùm verò omne ambiguum ἀσαφὲς sit, ut docet Philosophus 1. de cœlo c.11.t.110. priusquam ad ipsam quęstionem accedamus, quorundam terminorum explicationem præmittere necesse est, ut quæstionis veritas eò commodiùs & faciliùs ostendi possit.

2 Observandum igitur est 1. quid per modum physicum intelligatur. 2. quid sit supra naturam, vel hyperphysicum. 3. quid sit contra naturam, vel antiphysicum. Hi duo posteriores termini accuratam distinctionem exigunt, quâ neglectâ tota hæc disputatio otiosa & futilis existit.

3 Modus physicus is dicitur, quando prædicatum subjecto ex ordine naturæ, quem Deus in primâ creatione sancivit, tribuitur atque sic prædicatum terminos à natura præfixos observat: ut, Sol movetur: corpus dimensionibus constat, est circumscriptū: grave fertur deorsum. Dicitur græcè κτ' φύσιν.

4 Hyperphysicus modus est, qui naturæ terminis neglectis ulteriùs & superiùs ascendit, sic tamen ut interna natura rei salva & incolumis maneat, non destruatur: ut, ferrum tempore Elisæi supernatavit aquæ: corpus Christi ambulavit super mare: ignis in fornace Babylonica sanctos viros non ussit.

5 Cùm verò hæc miracula, ut & alia, solius Dei virtute edita sint, ac proinde rei naturam non destruant, sed potiùs transcendant & superent; utique hyperphysica, vel super naturam, non contra naturam rectè dixeris.

6 Sic & Moses cùm in deserto quadraginta dies sine cibo & potu viveret, supra naturam, non contra naturam fuit. Vis enim, non quæ naturæ inimica, sed quæ sublimior erat, hoc effecit, videlicet, divina virtus.

7 Antiphysicum est, cui perpetuum & capitale cum natura intercedit odium. Naturam non superat, nec eâ sublimius est, quia illam destruit & perimit, non secus ac calidum frigidum expellit.

Ob tantas inimicitias non ἄτοπον est,
ectè & cum principiis philosophiæ con-
enter dicitur : Quicquid evertit natu-
rei , id implicat contradictionem.
od enim antiphysicum est,internam rei
mit naturam , hoc est, purè & præcisè es-
iam inficiatur, adeò, ut qui antiphysi-
dicit, amplius rem physicam non esse
t,ut velle corpus naturale dicere,& inte-
ἄπειρον nullisque dimensionibus cir-
scriptum affirmare.

Expositis terminis nunc ad quæstio-
n ipsam transeamus, quæ est: *An infinitum*
ubiq; præsens esse, cum veri & naturalis corporis
ura per modum hyperphysicum possit consistere?

10 Hujus quæstionis affirmativam sen-
tiam quidam Schediasmatum scriptor
rt.2. Sched.16. tuetur, idq; exemplo,ut ille
tat , simili resurrectionis mortuorum se
incere posse autumat ; sed scopas disso-
tas profert, dum elenchum falsorum com-
ratorum inter resurrectionem mortuo-
m , & omnipræsentiam corporis Christi,
spectu omnipotentiæ Dei, committit tali
llogismo:

Si Deus per omnipotentiam suam efficere potest, ut corpora quæ semel interierũt, variasq; mutationes sustinuerunt,eadem numero redeant, efficere etiam potest ut idem corpus sit omnipræsens,vel pluribus in locis simul.

Prius eſt verum. Ergo & poſterius.

11 Propoſitionis connexionem hinc ſc-
cire ſatagit, quia reſurrectio mortuoru-
æquè eſt contra naturam, ac πολυτοπία co-
poris. Quòd ſi igitur omnipotentia D-
ad mortuorum reſurrectionem ſe extendi-
ſequitur, Deum etiam efficere poſſe qu-
ſunt contra naturam, ac proinde ſequent-
theoremata falſa eſſe. 1. Nihil fit ſingula-
ter à Deo, quod naturam ab ipſo creatam d-
ſtruat. 2. Quicquid docetur, quod eſt con-
tra naturam, eamque evertit, pronuntia-
dum eſt falſum. 3. Quicquid naturam eve-
tit, contradictionem implicat. 4. Ex natur-
legibus judicandum eſt, an per contradictio-
nem natura evertatur, &c.

12 Reſpondemus 1. Tota hæc ratiocina-
tio nullius momenti eſt: ponuntur enim pa-
ria quæ non ſunt. Non enim eſt eadem ratio
omnipotentiæ Dei ad reſurrectionem mor-
tuorum, & ad omnipræſentiam corporis:
cùm omnipræſentia naturam corporis pla-
nè deſtruat, reſurrectio verò mortuorum,
naturam non modò non deſtruat, ſed potiùs
renovet, longeque nobiliorem reddat.

13 Ergo (regeret forſan diſputator:) Si
reſurrectio mortuorum non eſt contra natu-
ram, erit ſecundùm naturam: ſed ſecundùm
naturam non eſſe, hoc axioma naturæ evin-
cit; Quod ſemel interiit, id idem numero

redire

re non poteſt, ſed ſpecie tantùm. Jam ve-
orpus illud, quod computruit, variaſq́ue
ationes paſſum eſt, redibit. Ergo hoc
 lege naturæ pugnat, & phyſicè contra-
ionem implicat, ſi dicimus, aliquid ſub-
tialiter in varias formas mutatum, idem
nero, quod antè fuit, redire.
. Reſpondemus primùm; diſtinctionem
er modum phyſicum & hyperphyſicum
hoc exemplo locum habere, manifeſtum
. Deinde, quòd vult diſputator, eſſe im-
cationem contradictionis in iis; corru-
um corpus & idem numero corpus, falſum
. Utrumque ſic probamus. 1. quia in
emplo reſurrectionis mortuorum nulla
t *ἀντίφασις*, ut inferiùs apparebit, ideoq́ue
ibium nullum eſt, ſi ad Dei reſpiciamus
mnipotentiam, quin eadem numero cor-
ora, quæ tot ſuſtinuerunt mutationes, re-
ſcitare poſſit. Deus enim vocat id quod
on eſt, ut ſit, non ut ſimul ſit & non ſit, eſſet
nim hoc *ἀντιφατικὸν*, ſed ut jam ſit, quod pri-
s non erat. Quomodo autem facit, quod
riùs non fuit? Certè modo antiphyſico nul-
us dixerit, ergo hyperphyſico, quia poten-
ior naturâ eſt, ideoq́ue ſupra eam agere po-
teſt. Cùm etiam Deus naturæ author ſit,
contra eam non agit, nec ſibi contrarius
eſt propter ſuam conſtantiam & veraci-
tatem. Nec verum falſum facere poteſt,

quia ἀψευδὴς eſt. Ideoque etiam non pot velle, ut quod ſimpliciter rei naturæ contr dicit, ὑπερφυσικῶς de eadem affirmetur, qu ejus veracitati reclamat. Contradicit aute hoc modo quod contra naturam eſt. Ce tè ſi quis dicit corpus modo hyperphyſic omnipræſens & infinitum, is dicit corpu modo hyperphyſico non corpus. Quare au corpus eſſe deſinit, aut contradictio firm manet.

15 Quod ad alterum reſponſionis no ſtræ attinet membrum, probo, non eſſe contradictionis implicationem, quando dico: Corpus corruptum, aliquando redibit idem numero, quia reditus ille fiet per immediatam Dei omnipotentiam: & quamvis varias ſubiit mutationes, nihil tamen hæ impedient, quo minus idem numero corpus redeat, quia Deus per quandam quaſi novam creationem illud idem corpus, quod primùm interiit, redire jubebit, non quatenus devoratum, aut in leonis vel urſi corpus immutatum fuit, ſed quatenus hujus vel illius hominis corpus fuit. Eſſet contradictio, ſi dicerem, Deum diverſum numero corpus producturum, & tamen effecturum, ut idem numero ſit corpus; id quod Deus, qui ſibi contrarius non eſt, nunquam effecturus eſt, quia falſa, cujusmodi ſunt contradictoria, nec vult, nec velle poteſt. Forſan hoc vis:

Corpus

ous physico modo numero diversum dibit, modo hyperphysico numero n? Nugæ sunt.

Urgebit forsan disputator & me ad Dei fugere omnipotentiam, ergo & sibi idem re, in corporis πολυτοπίᾳ seu πανταχου-astruenda. Respondeo, minimè gen-m, quia hîc statuitur quod est antiphy-um, ideoque ἀδύνατον : illic verò quod hyperphysicum, ideoque authori natu-δυνατόν. Æquo lectori consideranti dum, quo Deus corpora ex pulvere ter-eadem numero excitabit, planum erit, lam neque physicè, neque hyperphysi-hîc contradictionem occurrere. Ut enim prima creatione contra naturam non fu-corpora creare; ita in resurrectione mor-rum, Deus sine adminiculo naturæ, im-nsâ & infinitâ suâ virtute citra omnem tradictionem, singulorum hominum rpora eadem numero excitaturus est.

7 Quæ cùm ita sint, ipsâ luce clariùs appa-, tam vana esse, quàm quæ vanissima, quæ putator ingenti verborum strepitu satis mposè disputat, conferendo πολυτοπίαν rporis cum resurrectione mortuorum, exinde demonstret, per omnipotenti-Dei fieri posse, ea quæ contra naturam nt, eamq; evertunt, nec implicare contra-ctionem, cùm ex altiori proveniant princi-

pio. Quæ ſanè meræ ſunt præſtigiæ,qui turpiter confunduntur ea,quæ erant dis nenda, videlicet, τὸ ſupra naturam eſſe, contra naturam eſſe. Obſervetur igitur axioma,quod ex experientia, & recta ra ne eſt depromtum: Quod contra natu eſt,tollit naturam: quod ſupra naturam eam extollit, hoc eſt, præſtantiorem red Ergo quod contra naturam eſt, facit e amplius non eſſe: quod ſupra naturam non item. Reſurrectio mortuorum n deſtruit,ſed nobiliores facit mortuos; πολ ποτία verò corpus planè deſtruit.

18 Inſtat verò diſputator,& aliud adf exemplum, nempe à partu virginis Ma deſumtum; quo conatur probare, id qu contra naturam ſubjecti eſt, poſſe de ſubj cto hyperphyſicè affirmari. Exemplu concluditur ita:

Párere, & virginem eſſe, ſimul affirmantur Maria virgine, matre Chriſti, hyperphyſicè.
Párere, & virginem eſſe, implicant contradicti nem, & ſunt contra naturam. Ergo aliqui quod implicat contradictionem, & contra na turam eſt, poteſt de ſubjecto affirmari hype phyſicè.

19 Reſp. per inficiationem asſumptionis nõ enim implicant contradictonem, ut vul diſputator, virginem eſſe, & párere, ſed citra contradictionem in uno eodemq; ſubjecto eſſe

possunt, quia in Maria alterum se habet ffectum, nempe párere, alterum ut adjun- m, nempe virginem esse. Virginitas enim n per partum tollitur, sed per coitum, sive mmixtionẽ carnalem. Certum est, fœmi- m posse cum viro congredi, nec tamen ncipere, ac proinde nec párere, interim ta- en virginitas violatur & deperditur. Ut er- virginitas amitti potest, licèt non subse- atur partus, ita partus per sese fieri potest, ne læsione virginitatis. Fatemur equidem, perphysicam fuisse conceptionem in ute- Mariæ virginis, cùm non sit ex virili semi- e facta, sed antiphysicam nullatenus admit- mus. Partus n. ex conceptione hyperphysi- florem virginitatis neutiquam tollit.

20 Quare æquus lector observet in toto oc Schediasmate harum duarum phrasium onfusionem, *contra naturam, & supra naturam.* einde strepitu verborum sibi imponi cave- t, & sic sequentia theoremata æternæ & im- notæ deprehendet veritatis esse:

1 Nihil fit singulariter à Deo, quod natu- am ab ipso creatam evertat.

2 Quicquid naturam evertit, contradi- torium est.

3 Contradictionis implicatio cum veri- ate stare non potest.

4 Quæ contradictionem implicant, Deo impossibilia sunt: In Deum enim non

cadit defectus & impotentia, sive verum falsum.

5 De eversione naturæ per contradictionem judicandum est ex naturę legibus.

6 In resurrectione mortuorum nulla naturæ eversio, sed instauratio, ejusdemque quasi renovatio.

7 Deus idem numero hominis corpus quod in hoc mundo vixit, omnipotenti virtute in novissimo die revocabit.

8 Quod semel interiit, nunquam idem numero redire potest, nempe physicâ generatione: potest verò idem numero redire hyperphysicâ productione seu creatione.



SPUTATIO IX. DE DUABUS QUÆSTIONIBUS;

Quarum prima hæc est:

An memoria sit rerum tantummodo absentium?

Altera:

An corpus Christi ore percipi non poßit, ideò quòd sit cibus spiritualis?

Respondit JODOCUS CLAUERUS Herbornensis.

QUÆSTIO I.

TAnta est hominum ubiquitariorum vesania & pertinacia, ut quàm confi-
m suam in S.Cœnâ oralem manducatio-
m corporis Christi abjiciant, antè verissi-
a quæque sanæ Philosophiæ ἀξιώματα ne-
re & evertere malint. Quod enim hacte-
s ex ipso veritatis fonte ab omnibus Phy-
is unanimi consensu receptum θεώρημα
it, quòd memoria sit duntaxat rerum præ-
ritarum, non præsentium, non futurarum,
schediasmatum quidam scriptor *parte 1.*
hed.72. pro sua autoritate negare non est
ritus. Quibus machinis & arietibus hoc
hysicorum fundamentum subvertere co-
etur, ἀκριβέστερον dispicere fert animus.

2 Prima ejus dianœa hæc est:

Si memoria est rerum tantummodò absentium, p
ma Cœna non fuit assecuta suum finem; hoc est,
fuit instituta & celebrata in memoriam Christi
At falsum hoc. Ergo & illud.

Propositionem probat, quia Christus fuit eâ præsens, non absens: & tamen nihilom nus ejus memoria fuit celebrata.

3 Respondemus, 1. Propositionem e falsam. 2. Expositionem consequentis et am esse falsam, quòd scilicet finis primæ Cœ næ fuerit memoria Christi; quam falsit tem paulò pòst ostendam. 3. Rationem pro positionis esse etiam falsam; quatenus affi mat, in primâ Cœnâ memoriam Christi fu isse celebratam. 4. Assumptionem etiam esse falsam, nempe sententiam modò reci tatam: quòd prima Cœna fuerit institut & celebrata in memoriam Christi. Nam in stituta fuit illa & celebrata, ut edocerentu Apostoli, & in illorum personâ omnes cre dentes deinceps post Christi mortem & in cœlos ascensionem victuri, quo ritu mortem Christi in memoriam ad fidei suæ confirmationem revocare, Deoque pro illâ gratias agere deberent. Hoc liquet ex verbis à Christo pronunciatis de poculo, nempe, Hoc facite QUOTIESCUNQUE BIBERITIS, in mei recordationem: ubi manifestum est, sermonem esse de tempore futuro. Est autẽ par ratio panis eucharistici. Itaq; verba de illo pronunci-

nciata, *Hoc facite &c.* idem valent ac si dixisset Dominus: Hoc facite, Quotiescunque eritis in mei recordationem.

4 Secundũ argumentũ Ubiquitarii est hoc:

Si memoria est rerum absentium, arca federis & nubes in deserto nõ fuit memoriale Dei præsentis.

Non hoc. Nec illud igitur.

5 Respondemus, quòd disputator hîc ludit ad omnipræsentiam Dei, parum, imò nihil ad rem facit. Nec enim arca federis μνημόσυνον Dei fuit ratione essentiæ ipsius, sed ratione promissionis factæ, seu initi federis, à quo arca nomen acceperat. Testificatus est Deus per illam arcam, se semper velle esse protectorem populi Israëlitici; populus verò per intuitum arcæ commonefiebat de variis beneficiis olim præstitis, & factâ promissione Dei, quòd suâ gratiâ semper illis adesse vellet. Breviter: Dei recordamur semper sub ratione alicujus quod factum est.

6 Tertium argumentum est:

Si memoria est tantummodò absentium: Ergo Deus non erit præsens in omni loco, in quo nominis sui memoriam instituit.

Posterius est absurdum. Ergo & prius.

Assumptionem probat ex Exod. cap. 20. v. 24. ubi hæc verba exstant: In omni loco, inquit Deus ad Mosen, in quo nominis mei memoriam instituero, veniam ad te, & benedicam tibi.

7 Respondemus 1. Propositionem e
. falsam, quia licèt memoria solummodò r
absentis sit, inde tamen non efficitur, opo
tere Deum absentem esse, ubi nominis s
memoria celebratur. 2. Id liquidiùs appar
ex responsione ad probationem, in quâ pra
cipuè attendendum est, quid sit nomin
memoriam instituere, nempe aliquid facer
ἀξιομνημόνευτον, hoc est, quod memoriâ & r
cordatione est dignum, idque ideò facer
ut etiam transferatur memoria illa ad post
ritatem. Sensus igitur præcepti Dei ad Mo
sen hic est: Quocunque in loco aliquid fece
ro solenni recordatione dignum, exstruc
mihi altare ut ibi sacrificium facias; ad cele
brandum beneficium, quod populo meo ex
hibui. Inspiciatur totus contextus, Exod. 20
à ℣. 21. Cujus ergo rei Deus instituit memo
riam? nimirum sui nominis, h.e. gloriosi su
facti, quo æternum nomen sibi comparavit
Ubi autem tale factum Deus ostendit, ibi sin-
gularem præsentiam Mosi promisit. Confer
Ex. 24. ubi de actione federis agitur, & Deut.
27. ubi agitur de introductione in terram
Canaan per Jordanem, cujus utriusq; actio-
nis μνημόσυνα erecta sunt, Ex. 24. v. 4. & Josuæ
8. v. 30. Tantum igitur abest, ut locus ille scri-
pturæ faveat sententiæ Ubiquitarii, ut ean-
dem prorsus enervet & evertat. Quocirca
duplex elenchus ab adversario committitur,
alter

ter falsi testimonii; alter verò efficientis
ausę, quam ponit pro effecto, dum dicit me-
oriale Dei, quum fuerit memoriale glorio-
facti Dei; quamvis non inficiamur, Deum
iam poni posse per meton. efficientis. Sed
c quæritur, an memoria sit propriè præsen-
um?

8 Quartum argumentum hoc est:

Si memoria est rerum absentium, Deus piis & fidelibus non est præsens cùm ipsum invocant.

Posterius est falsum & cogitare impium. Ergo & prius.

Assumptionem (quæ tamen controversa
on est) multo testimoniorum acervo citra
ecessitatem probat.

9 Nos verò dicimus, propositionem esse
alsam. Qui enim Deum invocant, ejus re-
cordantur non κατ' οὐσίαν, sed κατ' ἐπαγγελίαν,
empe quatenus Deus promisit, se omnibus
psum invocantibus auxiliaturum. Hac pro-
missione erecti recordantur Dei, tutelam su-
am polliciti. Et sanè nisi promissio à Deo pi-
is esset facta, in afflictionibus ejus non recor-
darentur.

10 Quintum argumentum est:

Si memoria est rerum absentium, væ OEcolampadio, qui memoriam etiam rerum præsentium esse scribere non est veritus. Væ Ovidio, qui sic cecinit:

Oblitúsne sui est Ithacus discrimine tanto?

11 Respondemus. Tam vana est hæc ratio, ut refutatione meritò indigna censenda sit. Quid enim Oecolampadius dixerit, vel non dixerit, non præjudicat veritati; quamvis dubitare quis possit, utrum dixerit. Ovidianum quod affertur, est ἀπροσδιόνυσον. Sensus est: Numquid Ulysses in tanto periculo se non præbet talem, qualis hactenus fuit? Itáne mutatus est à sese? Est igitur elenchus quatuor terminorum, dum quod impropriè dictum est, tanquam propriè dictum allegatur.

12 Sextum argumentum est:

Si memoria est rerum absentium: nemo potest meminisse amici præsentis, quem oculis aversis non videt.

Falsum hoc. Ergo & illud.

13 Resp. Falsum est connexum. Nam etsi memoria rerum tantùm absentium est, tamen potest aliquis meminisse amici præsentis, sive eum non videat, sive videat: quia meminisse ejus potest ratione temporis præteriti, quo eum vidit vel audivit aliquid agentem, loquentem aut patientem. Ita etiamsi Christus hodie corporaliter nobis in celebratione sacræ Cœnæ præsens esset, tamen possemus ejus meminisse, tanquam olim corporaliter absentis & corpore suo in cruce pendentis.

14 Septimum & ultimum argumentum est:

Si

Si memoria eſt rerum abſentium, erravit Ariſtoteles quando ſcripſit, memoriam eſſe quidem præteritorum, poſſe tamen nihilominus rerum illarum ſpecies eſſe præſentes.

At verò poſterius Peripateticus non feret. Ergo nec prius.

15 Reſp. Propoſitionis connexionem eſſe lſam. Nec enim propterea memoria rerum ræſentium eſſe dicenda eſt, quia ſpecies reum jam ſunt impreſſæ cerebro; cùm abſenia illa non de ſpeciebus, ſed de ipſis rebus, nde ſpecies fiunt, intelligenda ſit. Præclarè nim & clarè Ariſt. lib. de memoria c. 1. dixit: ἡ μνήμη τοῦ γενομένου: & paulò pòſt: τοῦ νῦν ἐν τῷ νῦν οὐκ ἔστι μνήμη; ἔστι γὰρ τοῦ μὲν παρόντος αἴσθησις, τοῦ δὲ μέλλοντος ἐλπὶς, τοῦ δὲ γενομένου μνήμη. Ex hisce igitur manifeſtum eſt, perperam Ubiquitarios negare, quod Phyſici rectè ſtatuunt, memoriam eſſe duntaxat rerum præteritarum, ac proinde perperam affirmare præſentiam corporis Chriſti in Cœnâ, cùm hæc ſit tantùm μνημόσυνον corporis illius.

QUÆSTIO II.

1 Ad hanc quæſtionem idem diſputator parte 1. Sched. 13. negativè reſpondet, dum rationem adductam tanquam infirmam & non ſufficientem rejicit, eò quòd in Eccleſia inaudita ſit hæc ὑπόθεσις: Nullum ſpirituale percipi poteſt organo corporeo. Ejus rationes ſunt:

2 *I. Evangelium prædicatum percipitur organo corporeo, videlicet auribus. Evangelium prædicatum est spirituale. Ergo quoddam spirituale percipitur organo corporeo.*

3 Respondetur, esse elenchum quatuor terminorum. Propositio enim vera est de externo Evangelii sono, qui non nisi in verbis articulatis & ore pronunciatis consistit; & non solùm à piis, verùm etiam ab impiis percipitur. Assumptio verò loquitur non de externo sono, sed de re quæ in Evangelio nobis proponitur, quæ res non externis auribus hauritur, sed internis, nempe animo & fide; est enim revera Spiritualis. Sic multi sonum Evangelii audiunt, & interim rem ipsam, videlicet potentiam Dei ad salutem, non percipiunt; quia fide verâ sunt destituti; ut πρόσκαιροι in parabolâ de semine, & quamplurimi infideles & hypocritæ.

4 *II. Spiritus S. insedit super capita, & in ore Apostolorum,* Act.2.v.3.
Spiritus S. est ens spirituale.
Ergo quoddam ens spirituale insedit super capita & in ore Apostolorum; & per consequens, perceptum est organo corporeo.

5 Respondemus: Incertum est quod dicitur in propositione, Spiritum S. insedisse in ore Apostolorum. Hoc enim in loco citato non legitur, sed legitur, quòd consederit super unumquemque eorum: utique super caput

pout uniuscujusque. Deinde eſt idem elenchus qui fuit in argumento proximè præcedente. Mutatur enim genus prædicationis. Nam in propoſitione ponitur Spiritus S. impropriè, in aſſumtione verò propriè. In propoſitione eſt metonymia ſubjecti, ſiquidem per Spiritum S. intelliguntur linguæ igneæ, quæ ſignum erant ſingularis præſentiæ Spiritus S. Addo, quòd verbum ἐκάθισε videtur referendum ad præcedentem dictionem πυ-, ut ſimpliciter & citra modificationem ſus ſit, ignem illum conſediſſe ſuper unumquemque Apoſtolorum.

6 *III. Si Spiritus S. habitat in corporibus fidelium, ſequitur, Spiritum S. organo corporeo percipi. At verum prius,* 1. Cor. 6. v. 9. *Ergo & poſterius.*

7 Reſpondemus, propoſitionis connexionem eſſe falſam. Dicitur quidem Spiritus S. habitare in corporibus noſtris, ſed ideò quia animæ noſtræ in noſtris corporibus incluſæ tenentur, vel potiùs cum illis unitæ. Primariò enim Spiritus S. habitat in animâ, ſecundariò verò in corpore, quia anima in corpore eſt. Quod autem ad perceptionem Spiritus S. attinet, ea non de ejus ὑποστάσει, ſed de operatione eſt intelligenda, videlicet de donis, quorum perceptio fit ab animâ; ipſa verò dona deinde per corpus ſeſe exſerunt.

8 *IV. Si Christus licèt fide accipiatur, tamen ad nos venit & manſionem apud nos facit; ſequi-*

tur, Christum à nobis organo corporeo accipi.
At verum est prius, Joh.14.v.23. *Ergo & p*
sterius.

9 Respondemus, propositionis connex
onem esse nullam. Non enim sequitur: Chr
stus mansionem apud nos facit, ergo corpo
tanquam organo percipitur. Sensus eni
verborum Christi est, quòd unâ cum Pat
velit in fidelibus habitare tanquam in tem
plo, videlicet per operationem Spiritus S.
in tertio argumento dictum est. Quid aute
operatur in nobis Spiritus S? nimirũ accen
dit in nobis fidem, quâ Christum apprehen
dimus, & sic est vinculum, quo cum Christ
conjuncti manemus, videlicet hæc est il
μονὴ, de quâ citato loco sermo est. Deinde va
dè obscura est in propositione hæc discreti
va sententia: Licèt Christus fide accipiatu
tamen ad nos venit, quasi Christus ab aliqu
possit fide accipi, nec tamen ad illum venir
Imò Christus nullo alio modo ad nos veni
quàm per fidem.

10 *V Qualis est alimoniæ finis, talis est ejus pe*
cipiendi modus.
Atqui alimoniæ sacramentalis finis est etiam co
poralis.
Ergo & percipiendi modus.

Propositionem dicit esse Theod. Beza
Assumtionem probat ex Ireneo, qui dicat, fu
turam corporis immortalitatem esse fine
alimoniç sacramentalis.

1 Sed respondemus, autoritates illas esse ...rè humanas, ad quas obstricti non tene...r. Interim Dn. Bezæ sententiam, videlicet ...ppositionem amplectimur. Nam reverâ in ...Cœnâ alimoniæ finis est κοινωνία cum Chri...o, vel potiùs confirmatio ejus; quæ κοινωνία ...m spiritualis sit, & non nisi per fidem fiat, ...is nisi male-sanus ejus perceptionem non ...erit spiritualem? Irenæi dictum alienum ... Nec enim propterea ad S. Cœnam acce...mus, ut in futurâ vitâ corpora nostra effici...tur immortalia, sed ut per piam recordati...em mortis Christi magis magisque in re...ssione peccatorum & in κοινωνίᾳ illa spiri...ali cum Christo confirmemur, ac proinde ...turæ felicitatis, atque ita etiam beatæ cor...rum nostrorum immortalitatis certiores ...ciamur.

12 *VI Si cibus spiritualis non potest percipi ore corporis, sequitur rem corpoream non posse percipi ore spirituali.*

Atqui consequens est absurdum. Ergo & antecedens.

Assumtionem probat, quia, inquit, sic ...alvinistæ corpus Christi, nec spiritu neque ...re corporis accipient, hoc est, tollent man...ucationem suam spiritualem.

13 Sed respondemus ad probationem as...mptionis; corpus Christi consideratũ in se... simpliciter, κατ' ὀυσίαν, quatenus corpus est

ſuis dimenſionibus conſtans, nec ſpiritu nec corporali ore accipi, à rectè ſentienti rectè creditur. Sed cùm corpus Christi accipi dicitur, ſignificatur, Chriſtum eſſe deintuendum, ejuſque beneficia fide apprehendenda. Corpus tamen ponitur, quia in Chriſtus paſſus, crucifixus & mortuus eſt nobis. Quocirca malè ſic concludit disputator: Calviniſtæ ore ſpirituali accipiunt corpus Chriſti: Ergo fatentur, rem corpore poſſe ore ſpirituali percipi; & per conſequ ſeu κατ' ἀντιστροφὴν concedant neceſſe eſt, bum ſpiritualem poſſe percipi ore corpo Nam certè in S. Cœnâ conſideramus corp Chriſti, non ut rem phyſicam, ſed ut aliq pro nobis in mortem traditum, unde cœleſtia & ſpiritualia beneficia nobis ſunt par quæ ſanè non niſi ore ſpirituali, hoc eſt, fi nobis applicare poſſumus. Patrum teſtimonia, quæ attexit diſputator, nos relinquimus ſuo loco. Non enim nobis imperare debent, neq; poſſunt.

FINIS.



INDEX QUÆSTIONUM QUÆ IN HOC LIBELLO PERTRACTANTUR.

rior numerus notat paginam disputationis, posterior paginam assertionis.



ERRATA.

.17.lin.5.cis finem,pro ἀντίπιπτον,lege ἀντιπίπτον.pag.
6.lin 9.cis finem,post acceptus dele comma.pag.80 lin.
2.cis finem,post intelligentiam apponatur comma pag.
3.lin.1.pro quia,qui.pag.103.lin 7.pro πρόλεψις, πρό-
ληψις. pag.107.lin 6.cis finem,post signū ponatur com-
ma. pag.115.lin.13. pro facit, fecit. pag 117. lin.18. verba
parenthetica alio charactere scribenda, quia mea sunt.
pag.129.lin.12. pro partibus,patribus. pag.140.lin.3.pro
Christi,Christo. & lin.4.cis finem,pro quod,lege quot.
pag.146.lin.2.pro nudæ,nuda.& lin.19 pro affingunt,af-
figunt. pag.161.lin.10.cis finem, pro quæritur,queritur.
pag.162.lin.18.tollatur signum interrogationis. pag.176.
lin.7.cis finem,pro Sacramentum,lege Sacramentorum.
pag.186.lin.4.pro enter,inter. pag.206. lin.14. post velit
dele comma.& lin.9 cis finem pro passio,lege passo.pag.
228. lin. ult. pro δυύαμει,δυνάμει. pag.230.lin.19.pro
hominum,hominem.pag.231.lin.5.cis finem pro papisti-
cas,papisticæ. pag.287.lin.17. pro realem, lege rationa-
lem.pag.288.lin.14.cis finem,post hoc,adde est. pag.302.
lin.4.pro sunt,sint; & pro constituunt, constituant. pag.
322.lin.13. pro possit, posset. pag.328.lin.1. pro ὑπὲρ ἐκ
περισσοῦ, lege ὑπερεκπερισσοῦ.

150

90